



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.


For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

**CONFINED
TO THE
LIBRARY**

The image shows a book cover with a marbled paper pattern in shades of red, orange, and teal. A white rectangular label is pasted in the center, containing text. A metal fastener is visible at the bottom center, and a dark green tab is on the left edge.

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

—
Ex Libris


EDUARD FRAENKEL

Corpus Christi Professor of Latin, 1935–53

—
1970



302970891\$



N.i. 40^m

2006
5

CONFINED

Edward Fraenkel

1943



M. P.

A P O L L O D O R I
A T H E N I E N S I S
B I B L I O T H E C A E
L I B R I T R E S
E T F R A G M E N T A.

C V R I S S E C V N D I S I L L V S T R A V I T
C H R . G . H E Y N E .



G O T T I N G A E , 1 8 0 3 .

T Y P I S H E N R I C I D I E T E R I C H .

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

P R A E F A T I O.

Me, curas in Apollodorum, ante viginti hos annos vulgatas, retractantem in re tenui operam collocasse putabunt forte nonnulli et mirabuntur; neque ita statuentibus ipse ego refragabor, si modo addere licuerit, et vero vtilem operam et fructuosam collocasse me mihi videri. Ad veras enim mythologiae antiquae notiones constituendas, ad diuersa mythorum genera discernenda, et ad diuersos, quibus tractarunt ea et adhibuerunt poetae, modos perspiciendos, Apollodorum et operam meam Apollodoro nauatam cum mihi tum aliis profuisse, vt mihi persuadeam, haud temeraria opinione sum adductus. Vtilitatem certe me docuit vsus cum in aliis poetis enarrandis, tum in illustrandis Homero, Virgilio et Pindaro; vidi quoque hanc operam meam vtilem fuisse aliis, qui in eodem genere versarentur, maxime in antiquitate librorum sacrorum; tum vero iis ipsis, qui in iis, quae a me ad enarrandas mythologias appolita erant, refellendis seu studio suo seu aliis de causis enixe allaborarunt; tela enim in me coniecta plerumque ex hoc ipso tanquam armamentario petita esse videbam; iactum tamen telorum infrungebat caeca vis a scopo certo aberrans; partim per calumniam sententias alienas dictis meis substituendo, partim

totius antiquitatis mythicae summa et complexu mente haud comprehenso; quo factum erat, ut, nouis commentis et argutiis, a sensu et indole antiquitatis alienis, et ex recentiorum aetatum phantasmatibus poeticis in antiqua illatis, multa inferrent, ingeniose quidem, nec tamen docte ac vere pronuntiata. Diuersissima est indoles et ratio mythorum, cum diuersorum generum inter se, tum vero temporum; admixtae, innexae et implexae sunt notiones et phantasmata, quae rudior antiquitas ignorabat, iis ipsis fabulis, quae poetici generis sunt, longo variatoque poetarum usu; multo vero magis inde a poetarum Romanensium aetate, magorum et lamiarum superstitionis figmentis in eos immigrantibus; ex quibus naturas mythorum primitiuas nouo sane modo constituere licet; nec tamen rite ac vere. Enimuero, cum ab ingenio meo et more alienum sit refellere alios, contra vero eos, qui vel indignis modis me impugnant, aequo tamen animo ferre, ipso quoque usu, didicerim, his similibusque nolo immorari; praestat animum et operam ad ea exponenda aduertere, quae mihi veriora et explorata satis videbantur; iudicio de iis cuique suo relicto; etsi bene intelligo, in toto hoc rerum genere esse paucos, qui, operâ in his assidue exactâ, arbitrium ferre possint; etsi recte censere arbitrabor eos, qui ad grauiora se et studia sua conferunt, statuentes, ad se non nisi fructus horum studiorum pertinere, quoties ex his litteris aliquid ad usus suos petendum ipsis sit. Ita enim res, per omnem litterarum cam-

pum et ambitum, comparata est, vt, quoties aetas aliqua aut virorum doctorum numerus aut vnus aliquis particulam aliquam litterarum, magnâ interdum molitione, pertractauerit, re satis exploratâ, posthabitis ceteris omnibus, non nisi summa aliqua aut vna enuntiatio in disciplinas recepta vsu frequentetur, ea autem omnia, ex quibus illa prodierat, obliuioni tradantur.

Cum vero, in operâ meâ in Apollodoro ponenda quid spectauerim, in praefationibus prioris editionis expositum a me sit: hoc loco, saltem paucis, commemorare iuuabit, quid me ad omne hoc mythologicis litteris consecrandum studium permoverit. Quandoquidem ita fors tulerat, vt ad poetas enarrandos, initio a Tibullo facto, tum ad historias antiquas tradendas, tandem ad monumenta artis antiquae interpretanda deferrer, mature intellexi, sine subtiliore veterum mythorum cognitione multis in partibus ac rebus nihil me proficere; haerere me in paruis iuxta ac magnis; in tragicis, Alexandrinis poetis, tum in Pindaro, Virgilio, Homero; ipsam crisin saepe esse parum tutam; etiamsi mihi eam non nisi pro subsidio et adiumento interpretationis constituissem; incidebam in nomina et res, quas quidem, si otiose et festinanter legerem, recte poteram relinquere, non autem, si plenam affatim voluptatem capere, si de argumento carminis, tractatione aut totius aut partis aut loci artificio subtiliter vellem iudicare; vt enim de arte et sagacitate tractationis recte statuas, necesse est ipsam materiam accurate nosse,

quae ad tractandum poetae in manibus erat, et vnde illè, ingenii felicitate, operis sui formam copias et ornamenta effinxit; quod, in tragicis imprimis et epìcis si perspexeris, miram voluptatem affert. Accedebat vitium ingenii mei, quod, nisi re in quâ versor, satis expedita, discedere ad alia nequeo sine animi molestia et stomacho; itaque ipsa res ad interiorè rei mythicae notitiam me abripiebat. In latiorè tamen campum, liberiorèque prospectum, contemplationeque animi digniorè, me deduxerat historiae antiquae studium, quo intellexeram tam contiguos inter se et permixtos fines habere antiquiorè historiam et mythologiam, vt discriminis nota in multis obscura et admodum ambigua sit, vtque magna originum populorum pars in his ipsis mythis contineatur; porro his ipsis mythis inuoluta latere antiquiorum hominum iudicia, opiniones, sensus, notitias, in ipsis rerum incunabulis, animo conceptas; profectas saepe a sanae rationis igniculis et mentis bonae rudimentis, verum sermonis difficultate incredibili obseptas et obscuratas: verbis, quae, non nisi ad res sensu aut phantasia concipiendas, suppetebant, liberum cursum obstruentibus et intercludentibus; ab hoc tamen antiquo sermone profluxisse symbolicas rerum adumbrationes, poetica phantasmata, tropos, fabulas; in iisdem incunabulis latere origines indiciorum ad philosophica placita antiquiora de rerum naturis ducentium; porro religionum et superstitionum miras ambages, ritus, initia, fraudes, deliria, ludibria. Haec et alia cum peruidif-

sem, cumque animo imbibissem omnis interpretationis principium esse, ut alterius verbis auditis idem sentias quod alter senserat, qui ea verba pronuntiavit, nosque adeo antiquum quemque scriptorem non recte interpretari, nisi, vulgaribus nostris notionibus animo seclusis, eadem sentiamus et cogitemus, quae scriptor, cum ista enuntiaret, sentire potuit ac debuit: vix vlllo alio in rerum genere hanc seueriore curam opus esse intellexi, quam in remotiore antiquitate, aetatumque rudiorum, vitae heroicae et historiae mythicae, enarratione; nec acquiescendum esse in eo, ut antiqua ista ita accipiamus, quemadmodum, si a nobis, a nostrae aetatis hominibus pronuntiata essent, nec quemadmodum recentior scriptor, qui eorum notitias forte seruauit, ea acceperat: sed redeundum esse ad antiquiorum hominum sensus et ad prisca aetatum loquendi usum; in mythicis itaque ante omnia esse exquirendos primos auctores, quantum quidem licet; haud enim licet in multis, et subsistendum est in iis vestigiis, ad quae vsque inuestigationis progressus nos deduxit; ab his ipsis tamen primis vestigiis, si varios eiusdem mythi tractandi modos per diuersa poetarum genera et tempora persequutus fueris, assequi fere licet, quid sequiorum poetarum ingenia finxerint, refinxerint vel affinxerint; qua ex contemplatione et vtilitatis proficiscitur plurimum et voluptatis. Ea quoque res me adduxit, ut in conquirendis poetarum antiquiorum fragmentis, a serioribus scriptoribus inprimisque grammaticis,

seruatis, diligentioſerem pro viribus et otio operam collocarem, quia in illis primi habitus ac formae mythorum, ſaepe ſemina abſcondita, latent. Quod ſi ex conſilii propoſitique rationibus diiudicanda ſunt hominum doctorum ſtudia; rerum quoque per ſe exilium et tenuium ac leuium; et ſtudiorum talium contentus tollitur, ſi quis paullo ſagacior ac prudentior, ad quae alia grauiora ducant ea, perſpexerit: ſtudiis quoque noſtris veniam paratam habebimus, in his conatibus, quibus aliorum operam expeditam, et ad grauiora tranſitum faciliorem et liberiorem, reddere volumus. Itaque nec a loco meo alienum eſſe putauit, aliorum quoque, et iuniorum, hoc in genere conatus operam et conſilio adiuuare; et tantum abſuit, vt aliorum virorum doctorum ſtudia in illuſtrandis libris mythologicis reprimerem, vt potius, quo Parthenii, Cononis, Eratoſthenis, nouae editiones prodirent, opella mea procurarem.

Quae quidem a me commemorata eo ſaltem pertinere volo, vt me non leui velitatione ad hanc operam in mythicis poſitam prouolaſſe intelligatur, ideoque nec ludicra quaque velitatione de ſtatu deiici, ſed in procinctu ſtantiem et ordinem ſeruantem leues procurſantium aſſultus tranquille adſpectare. Longo multoque ſtudio multis variisque tentatis, in omnes partes verſatis, ſubſtitit in iis, quae ceteris probabiliora eſſe videbantur. Vt vero ſtudii huius mei fines latius proferrem, alia adiunxi: primo, vt recentiorum hominum, qui remotas terras, maria et inſulas adiere, populo-

rumque mores et habitus describere, narrationes assidue perlustrarem, ex iisque rudium et barbarorum populorum modos cogitandi, sentiendi et eloquendi, notarem, ita ut eos cum antiquiorum aetatum simili vitae habitu compararem; porro exercui ingenium in antiquissimis quibusque sedulo legendis et excutiendis, inque his primo loco monumentis librisque sacris antiquioribus, tum omnino orientis; eo cum consilio, ut induerem sensum, et assumerem habitum, redderemque mihi familiarem ac proprium cuiusque aetatis, populi, ac generis rerum, morem et modum, ex ipsis factis dictisque ac iudiciis hominum; quo necesse fuit, ut haud pauca, quae ab initio animo infidebant, eliminarem, et identidem iudicium mutandum mihi esse intelligerem.

Quid hoc studio meo hanc quidem in parte, de qua agitur, profecerim, iudicatum iam est a viris doctis, imprimis in iisdem ad librorum sacrorum interpretationem transferendis; iudicabuntque ii, quibus se seu necessitas seu opportunitas obtulerit, descendendi altius in hoc litterarum genus. Mihi quidem hoc muneris et loci, quem tueor, lege impositum esse putabam, ut hanc litterarum antiquiorum partem pro virili constituerem et illustrarem, viamque munirem aliis ad maiora aggredienda. Propositumque mihi fuit idem hoc in retractando nouis curis Apollodoro, vnico ex melioris aetatis auctorum naufragio seruato, qui mythorum in tempora sua et genera distributorum ordinem aliquem constituit et, ut nos pronun-

tiare solemus, tanquam systema aliquod, hoc est doctrinam, condidit. Dispersi et ipse, quae notata olim in eum fuerant, modo meliore, et, reiectis in imam oram, subter verba auctoris, notis criticis, res et mythos eorumque illustrationes, sub observationum nomine, ad calcem seorsum excudendas curavi. Maluissim mutare vulgarem ordinem librorum et capitum reliquarumque sectionum; vsu tamen similibus nouationum, quas alii fecerunt, expertus sum, quantum molestiae eae habeant in euoluendis libris locisque ab aliis excitationis reperiendis. Addidi tamen, quod facere licuit, segmenta minora. Multa a me esse mutata et emendata, alia adiecta, alia detracta, diligentior comparatio vtriusque recensione facile docebit; quae tamen ipsa si quis aliter constituenda putauerit, nihil repugnabo. Vnum adhuc monebo: numerum locorum excitatorum, plerumque nudis numeris appositis, nequaquam, ex vulgari more, ostentationis causa curatum esse; verum loca classica, interdum mythorum fontes, varios narrandi, tractandi et ornandi modos, aut eos scriptores memorari, qui aliqua de re iis, qui plura cognoscere voluerint, consulendi erunt; mihi enim breuitatis studium primario loco commendatum esse volui.

Scr. M. Aprili c1810ccclii.

P R A E F A T I O

A D A P O L L O D O R V M

EDITIONIS c1b1bcccLXXXII.

Cum ante hoc biennium, ut lectiones mythologicae haberem, variae rationes suaderent, deesset autem omnino libellus, quo duce commode uti possem: cogitatio incidit in Apollodorum, principem inter Grammaticos, qui quidem ad nos pervenere, huius doctrinae auctores. Cuius exempla cum essent paratu difficilia, Galeanum autem, quod pro optimo haberi solet, sphalmatibus typographicis adeo foedatum, ut in singulis interdum versibus haereas: non inutilem operam me nauaturum esse putavi, si libellum prelis Dietrichii nostri iterum ut excuderetur submitterem. Nec ab initio aliud constitutum erat, quam ut libellum, qualis nunc habetur, emendate expressum redderem, haberemque adeo plagulas a prelo madidas, quibus ad lectiones publice indictas vterer, aliis autem, exemplari parabili et curate expresso, expeditam redderem operam, ut Apollodoro emendando et illustrando manum admouere possent. Mox tamen cum libelli utilitatem maiorem, quam animo praeceperam, usu deprehenderem, videremque auditorum studia ipso progressu exardescere, essent autem nonnulli e familiaribus, iuvenes

praeclarae spei, qui emendandis et sollicitandis lectionibus ingenii acumen subinde experirentur, inque his inprimis Io. Ferd. Frid. *Emperius*, Brunsvic. qui nunc cum Illmo Comite de Bentinck in Britanniam discessit; Nic. *Schow* A. M. Havniensis Danus, Guil. *Stieghan*, Magdeburg. Chph. Guil. *Mitscherlich* Thuring. incensus et ipse, vt fit, communibus studiis, diligentius rem tractare coepi. Iam Apollodorum pessime esse habitum cum a librariis tum ab editoribus, satis quidem constabat; vulnera tamen altius esse inflicta videbam, quam vt recentium, qui ad nos peruenere, codicum ope sanari possint. Etsi itaque e manusciporum codicum copiis parum praelidii expectandum, plura e Grammaticorum penu promi forte posse arbitrabar, circumspicere tamen coepi bibliothecarum opes, si quid forte ad rem conferrent: ita sane me illud saltem assequuturum sperabam, vt quod in fronte libelli nunc adscriptum est, ad codicum mss. fidem eum expressum exhiberem. Nam, vt scriptorem integritati restituerem, aut ab omnibus, quae ei insident, vitiis purgatum ederem, nullo modo fieri posse intelligebam; vt autem multis locis probabili medicinâ adhibitâ sanarem, poterat illud quidem non incommode fieri: verum supererant loca alia quae omnem medicinam respuerent, in aliis medela erat lubrica et incerta: nam poterat quidem facile diuinari, quid melius scribi posset, sed in veterum scriptorum dissensu quaenam sententia auctori probata fuisset, et quibus verbis eam enuntiaasset, cum pluribus formulis id fieri posset, prorsus erat incertum: Praestare itaque videbatur, codicum lectionem, qualis nunc illa reperitur, exhibere et ab omni, quamuis probabili et tantum non certâ, emendatione scriptoris verbis inferenda manum abstinere; inprimis cum tanti rem non esse vide-

rem, vt virorum doctorum inuidiam et reprehensionem incurrerem. Nulla enim facile proferri potest, quamuis ingeniosa, emendatio, quam non seu argutando seu cauillando impugnare liceat; et parum adhuc conuenit inter viros doctos de emendationum auctoritate: alii enim superstitiose potius, quam religiose, ad omnem coniecturam auctoris verbis illatam horrescunt, alii pro eadem re habere videntur, siue verba auctoris a librariis corrupta restituant, siue ipsi scriptori alia, forte veriora, elegantiora et exquisitiora, obtrudant. Ita scriptorem corrigunt, non librariorum vitia.

Accidit vt sub idem tempus ex venditione publica librorum P. Burmanni Secundi nancisceretur bibliotheca nostra academica Apollodori exemplaria tria variis lectionibus, vt ferebatur manu adscriptis instructa. Quae etli, cum a me inspecta essent, spem egregie fallerent: in vno tamen lectionem codicis Dorvilliani ad marginem adscriptam deprehendi. Cum autem a praestantissimo iuvene *Gerardo Iacobo van Swinden*, Icto, praematurâ morte ante hos XL. fere annos bonis litteris erepto, opes in Apollodorum paratas (quas ex praeclaro specimine nouae editionis, quam adornabat, in Misc. Obs. nov. Tom. III. proposito memineram) adhuc superesse audiissem, Ruhnkenium V. Cel. litteris appellauit, vt certiora hâc de re nuntiaret. Ille vero, pro amore suo in me summo, cum Gerardi Iacobi fratre *Philippo van Swinden*, Icto, in Curiis Hollandiae caussarum Patrono et Confessus Illustr. ac Praepotentium Ordinum foed. Belg. Aduocatorum principe egit, et ab eius humanitate ac facilitate, quam non sine magnâ laude commemorare possum, haud aegre obtinuit, vt apparatus variae lectionis transcriptum ad me mitteret: de quo, vt et de aliis schedis ab optimo Viro, Ruhnkenio,

XIV PRAEFATIO AD APOLLODORVM

mecum communicatis, in fronte notarum agam accuratius, nunc monuisse sufficiat, contineri in eo lectionem codicis Palatini, Vaticani, Medicei, Vefuntini, et duorum Regiae biblioth. Paris. Ex tertio Regio excerptam lectionem misit paulo post ad me V. C. Schweighaeuser, Professor Argentorat. Acad. doctissimus et humanissimus, cuius studio re-creatum ac restitutum Appianum auide expectamus.

Copiis his, pro consilio meo et vitae meae rationibus, ita vtendum esse putavi, vt ad codicum fidem lectionem restituerem, eliminaremque ea, quae ab editore primo Aegio aliunde essent illata, emendarem autem si qua praeue essent edita. Sublata hoc modo sunt superiorum editionum menda innumera; inprimis autem multis locis veritas et perspicuitas sententiarum diligentiore interpunctione, quod emendandi genus inprimis magni facere soleo, est restituta. Cum autem illud critices auxilium desideret potissimum Apollodorus, vt aliena et ex Grammaticis aut librariorum stupore illata eiiciantur: ea quidem, quae codicum consensu firmabantur, expungere non sustinui, vncis tamen inclusi, vt legentem non valde morari possint.

Inter haec facile intellexi, vix a me rem ita peragi posse, quo minus mihi multarum rerum ratio esset reddenda; variae quoque lectionis apparatus expectari; occurrebant praeterea inter legendum et interpretandum nonnulla, quae non incommode possent moneri; vt adeo, quamuis ab hoc laboris genere valde abhorrerem, de notis ad-iiciendis cogitandum mihi esset. Verum isto tempore auocabant me aliae curae, sepositusque est Apollodorus: Nunc redemptoris librarii rationibus hactenus consulendum visum est, vt graeca saltem

in publicum protruderem, et quidem seorsum ac sine annotatione, cum semel ita constitutum esset, vt lectionibus habendis auditorumque vsibus libellus inferuaret: quam bene enim is consilio huic, etiam in lyceis et gymnasiis, responderet, (paucis locis, quos seueriores mores respuunt, exceptis) testatum mihi fecit Io. Andr. *Suchfort*, A. M. Gymnasii Gottingensis Rector, vir Graecis Romanisque litteris earumque accurate tradendarum disciplinâ praecellens, qui, eundem libellum in lectionibus suis cum, per hoc tempus esset interpretatus, copiâ et varietate rerum valde delectatos esse iuueniles animos narrauit. Comprehendam igitur singulari libello, tanquam alterâ parte huius operis, variam lectionem cum emendationibus et illustrationibus, inprimis ex antiquis Grammaticis, reddam rationes lectionis mutatae, agam de Apollodoro, eiusque codicibus et editionibus, tum fragmenta subiiciam.

Scr. Mart. c1o1occlxxxii.

P R A E F A T I O

EDIT. PRIORIS

VOL. II. AD NOTAS.

Quid mihi in hac ad Apollodorum adnotatione propositum fuerit, etsi ipsa res loquitur, paucis tamen exponere non grauabor. Igitur vt ad Apollodorum illustrandum animum adiicerem, me non tam Apollodori caussa impulit, vt haberem in quo scriptore restituendo et emendendo operam criticam collocarem; quae sane satis leuis foret opera, et ad grauiorem forte scriptorem melius transferenda; quam ipsa mythologiae ratio, cum eam nec satis bene a multis teneri, neque recte tradi viderem. A mythis tamen, vt iterum hoc moneam, omnis priscorum hominum cum historia tum philosophia procedit, neque is, qui aut historias antiquorum aetatum tractat, aut philosophiae origines et religionum causas inuestigat, cursum recte suum instituere potest, nisi a mythis, tanquam carceribus, progressus sit. Ita ad omne in his animi iudicium grauissima res est, vt de mythis ipsis notiones insideant mentibus verae et explicitae. Nam qui fabulas indole, genere, aetatis interuallis, causis, vsu, non immane quantum inter se differre didicit, sed pro poetarum ludibriis, anilibus narratiunculis et vanis commentis habet omnia, quae sub fabularum nomine memorari audierit, ei sane irascendum non est, cum mythorum naturam et indolem vsunque tam parum assequatur, si studium eorum omne inane et friuolum esse statuit. Ad poetarum lectionem fabulas cognitu vtilis esse nemo vulgo inficiatur;

si tamen nihil aliud quaeritur, quam ut lasciuientium ingeniorum commenta et lusus animis teneamus, miseranda sane est fors nostra, quod tam bona aevi huius fugientis pars his nugis perditur. Verum in litterarum studiis etiam ea animi vis fingenda et regenda est, quam phantasmiam appellamus; fingere animo noua, apta, pulcra, aut ab aliis ficta diiudicare et probare, res est multi et docti studii. Haec poetis legendis ut assequamur, allaborandum est; eadem porro ad artis seu priscae seu recentioris opera transferimus; hinc ad vitae, ad morum elegantiam; sic induimus ingenii ac sensus illam vim, quam gustum pulcri verique appellamus, quem qui assequutus fuerit, nae is ad virtutis et honestatis studium praesidia habere videtur haud vulgaria. Verum vsus longe maximus fabularum est ad interpretationem cum poetarum tum aliorum scriptorum imprimis antiquiorum, maxime ad declarandum priscorum hominum morem sentiendi et sensa animi eloquendi, ad sermonem symbolicum et a rebus sensui subiectis repetitum, cuius vestigia vix alibi tam expressa et manifesta supersunt quam in mythis antiquioribus; quid quod magna fabularum poetarum pars ex hoc enata est, quod vetus sermo symbolicus seu allegoricus in factum historicum fuit mutatus, quod retexere et ad priscam formam reuocare delectat. Hic idem priscorum hominum, in ipsis vitae initiis constitutorum et hinc ad prima humanitatis et litterarum elementa progressorum, sermo, ex quo paullo subtilius intelligi et cognosci a nostris popularibus coepit, iis ad meliorem interpretationem antiquiorum litterarum sacrarum, in quibus oratio ad sensus eorumque iudicium accommodata vel maxime regnat, praesidia et adiumenta noui generis attulisse videri potest; quemadmodum vera poeticae orationis natura et indo-

les perspecta ad antiquiora in libris sacris carmina, hymnos et vaticinia recte interpretanda facem praetulit. Vt igitur in hoc altero studium naturae poeseos, post V. S. R. Lowth, ita in illo vera notio mythorum et sermonis mythici plurimum ad saniolem litterarum sacrarum interpretationem profuisse videri debet. Verum vt illa omitamus, in ipsis poetis legendis et interpretandis cum haud dubie de inuentione rerum non minus laborandum sit interpreti, quam de verborum sententiis, verâ mythologiae doctrinâ qui destitutus est, nihil ad summam rei proficiet. Cum enim poetis tanquam materies, e quâ petant aut argumenta carminum aut ornamenta, subiecti sint myhi: quid in aliquâ fabulâ nouatum poetae ingenio et inuentum sit, nemo perspexerit, qui vulgarem narrationem et antiquiorem fabulandi modum non animo teneat. Ita quid Sophocles, vt hoc exemplo vtar, in Oedipode in scenam inducendo ex ingenii sui facultatibus depromserit, non facile assequaris, nisi quae alii poetae de fabulâ hâc prodiderant in promptu sint. Atque haec illa sunt, quae imprimis animos iuuenum erectiores et generosiores ad antiquissimum quemque scriptorem rapiunt, quod principes illos scriptores omnis generis aut vident aut sentiunt vbique occupasse ea, quae in quâque re primo loco erant dicenda, quae ipsa res, ipse naturae impetus, sensus, mens, subiicere solet, quaeque adeo cum veritate et simplicitate naturae sunt maxime coniuncta, habentque ad animum, nondum seculi ingenio imbutum, vim tanto maiorem, quo minus ei adsersum est argutae artis, quae delectat quidem suauitate sua, vim tamen naturae sensusque infringit. Contra seriores scriptores facile animadvertis, non minus inter Graecos quam multo magis inter Romanos, operam lulisse in iis quae

sibi relicta esse videbant ab antiquioribus, studiumque transtulisse ad expolienda, ornanda, varianda, nouanda, eadem quae iam ab iisdem erant tractata; adhaesisse adeo iis quae secundaria habenda sunt, et in orationis elegantia et suauitate aut exornatione elaborasse; in qua quidem eos superasse antiquiores haud neges, illa tamen, quae propria sunt antiquitati, in inueniendis rebus et sententiis, et in eloquendi simplicitate, proprietate et grauitate, ab eorum elegantia, munditie et subtilitate abesse; multo minus ea a poetis Romanis expectabis, quorum operam in reddendis latine iis, quae ex graecis litteris transtulerant, consumtam videas. Ad haec igitur et similia alia vt iuuenum animos conuerterem, cum eorum pars haud contemnenda in mythicis contineatur, saepe circumspicere coepi libellum, ad mythologiam recte ac docte tradendam comparatum, simulque eam mythorum expositione instructum, vt eius aliquis vsus esse possit in antiquorum poetarum et historicorum lectione. Habeo enim in votis, vt existat aliquando vir doctus, qui, mythologia Hesiodea, tum Homericam, seorsum expositam, deinceps colligat, quae ex antiquioribus poetis et historicis extant passim aut ex iis hausta, aut ad verbum descripta fragmenta; quo facto haud difficile erit cognoscere ea, quae seriorum ingeniorum lusu verius quam inuento accessere. Equidem vt in hos fluctus me immitterem, nec hic aetatis gradus admittit nec aliae rationes meae. Itaque intra illud consilium me continui, vt, cum vidissem in libello Apollodoreo occurrere ea, quae maxime et cognitu essent necessaria et ad poetarum antiquorum lectionem vtilia, et ad priscas mythorum rationes cognoscendas fructuosa, (nam pro consilio diuerso diuersa mythologiae tractandae ratio esse debet, si quis v. c. artium operibus cognoscendis aut poetis re-

centioribus similem libellum conscribere vellet) vt, inquam, hunc libellum ita ederem, vt legi sine nimis magnâ offensione posset. Cum tamen in ipso opere intelligerem, vix me id quod volebam, consequi posse, neque ne editoris quidem munere recte defungi, nisi partim lectionis, modo emendatae modo corruptae, causas redderem, partim Apollodorum ipsum in multis illustrarem, consilium inii hoc, vt in adnotationem hanc semel susceptam conicerem quoque ea, quae ipsis magistris, qui Apollodorum interpretarentur, ad fabulas explicandas essent vtilia. Monui itaque passim ea, quae ad indolem mythi, ad eius origines, incrementa, variationem, perspiciendam necessaria esse videbantur; fontes et loca classica apposui: imprimisque animos lectorum conuertere volui ad ea, quae poetarum ingeniis, variis variandi et ornandi studiis, et a quibus causis consiliisque, deberentur; vt intelligeretur, quae fabularum antiquior esset simplicitas, qui ornamentorum fontes, quid inde tragici, epici, lyrici, hauserint, quantum a patriis religionibus, a famâ maiorum, ab historicis, philosophis, rhetoribus, grammaticis, ad ea melius deteriusque constituenda profectum sit. Ita desinent tandem homines putare, vt in historiis, ignoratione veri, fide incertâ, obscuroque rumore, studio odioe, eadem res diuersis modis narratur, eodem more fabulas diuerse tradi; contra vero ita statuent: eandem rem, seu inde a gentis originibus seu famâ maiorum acceptam, seu a vetere auctore antiquo sermone narratam, a sequioribus pro materiâ esse habitam, in quâ ingenia exercebant; itaque eam variis modis a poetis diuersi generis esse ornatam et variatam, mox seriorum interpretatione in melius aut in peius constitutam. Cum tamen non illud agerem, vt mythologicum opus conscriberem, alienum erat,

fabulas singulas copiose exponere; breuitatis vero ratio vel maxime mihi erat habenda. Itaque, quae iam alibi docte et accurate exposita nossem, ad ea lectorem remisi; de aliis verbo monui, quod sapienti sat esse videbam; subfitti interdum in exquisitoribus; omnino vero iacere volui fundamentum, cui superstruerent alii, pro suo quisque consilio, ingenio et facultate, quantum vellent. Poterunt quoque hoc ipsum opus alii emendatius et auctius recoquere. Nihil enim dare volui nec potui, quod in hoc genere esset absolutum ac perfectum. Res est infinitae lectionis mythica doctrina; et saepe etiam hunc inter laborem humanam sortem conqueri libuit, quâ, cum semel ex superiorum seculorum inuentis, iudiciis et opinionibus, constanda sit sapientia, in hac vitae breuitate et fuga tot rerum cognoscendarum necessitas imposita est, ut vel in hac vnâ disciplina (at quam leui dices, quam parum cum vitae rationibus coniunctâ!) vitam aliquis consumere possit. Omnino tamen de mythorum ratione et indole nonnulla, iis, qui in hoc tramite pergere volent, cognitu nec iniucunda forte nec inutilia, subieci in disputatione de Apollodoro eiusque libello. Cetera visum est melius tradi posse, si ipsis rerum exemplis appositis in singulis causis, non vniuerse, monerentur. Utinam mihi operam hanc meam ita regere et describere licuisset, ut criticam adnotationem seiunctam darem ab illustratione mythologica; sed cum omne hoc quicquid est operae, necessitas potius et vtilitatis respectus, Graecis iam prelo exscriptis, exprimeret, quam ut consilium ab initio susceptum et animi lubido me ad illud ferret, reseruandum hoc erat secundae recensionis, quâ facile erit et discernere haec et singula perficere.

Subieci tandem fragmenta Apollodori. Inter primos conatus, ad quos, cum ad haec studia ani-

praeclarae spei, qui emendandis et sollicitandis lectionibus ingenii acumen subinde experirentur, inque his inprimis Io. Ferd. Frid. *Emperius*, Brunsvic. qui nunc cum Illmo Comite de Bentinck in Britanniam discessit; Nic. *Schow* A. M. Havniensis Danus, Guil. *Stieghan*, Magdeburg. Chph. Guil. *Mitscherlich* Thuring. incensus et ipse, vt fit, communibus studiis, diligentius rem tractare coepi. Iam Apollodorum pessime esse habitum cum a librariis tum ab editoribus, satis quidem constabat; vulnera tamen altius esse inflictata videbam, quam vt recentium, qui ad nos peruenere, codicum ope sanari possint. Etsi itaque e manuscriptorum codicum copiis parum praelidii expectandum, plura e Grammaticorum penu promi forte posse arbitrabar, circumspicere tamen coepi bibliothecarum opes, si quid forte ad rem conferrent: ita sane me illud saltem assequuturum sperabam, vt quod in fronte libelli nunc adscriptum est, ad codicum mss. fidem eum expressum exhiberem. Nam, vt scriptorem integritati restituerem, aut ab omnibus, quae ei insident, vitiis purgatum ederem, nullo modo fieri posse intelligebam; vt autem multis locis probabili medicinâ adhibitâ sanarem, poterat illud quidem non incommode fieri: verum supererant loca alia quae omnem medicinam respuerent, in aliis medela erat lubrica et incerta: nam poterat quidem facile diuinari, quid melius scribi posset, sed in veterum scriptorum dissensu quaenam sententia auctori probata fuisset, et quibus verbis eam enuntiaffet, cum pluribus formulis id fieri posset, prorsus erat incertum: Praestare itaque videbatur, codicum lectionem, qualis nunc illa reperitur, exhibere et ab omni, quamuis probabili et tantum non certâ, emendatione scriptoris verbis inferenda manum abstinere; inprimis cum tanti rem non esse vide-

rem, vt virorum doctorum inuidiam et reprehensionem incurrerem. Nulla enim facile proferri potest, quamuis ingeniosa, emendatio, quam non seu argutando seu cauillando impugnare liceat; et parum adhuc conuenit inter viros doctos de emendationum auctoritate: alii enim superstitiose potius, quam religiose, ad omnem coniecturam auctoris verbis illatam horrescunt, alii pro eadem re habere videntur, siue verba auctoris a librariis corrupta restituant, siue ipsi scriptori alia, forte veriora, elegantiora et exquisitiora, obtrudant. Ita scriptorem corrigunt, non librariorum vitia.

Accidit vt sub idem tempus ex venditione publica librorum P. Burmanni Secundi nancisceretur bibliotheca nostra academica Apollodori exemplaria tria variis lectionibus, vt ferebatur manu adscriptis instructa. Quae etli, cum a me inspecta essent, spem egregie fallerent: in vno tamen lectionem codicis Dorvilliani ad marginem adscriptam deprehendi. Cum autem a praestantissimo iuvene *Gerardo Iacobo van Swinden*, Icto, praematurâ morte ante hos XL. fere annos bonis litteris erepto, opes in Apollodorum paratas (quas ex praeclaro specimine nouae editionis, quam adornabat, in Misc. Obs. nov. Tom. III. proposito memineram) adhuc superesse audiissem, Ruhnkenium V. Cel. litteris appellauit, vt certiora hâc de re nuntiaret. Ille vero, pro amore suo in me summo, cum Gerardi Iacobi fratre *Philippo van Swinden*, Icto, in Curiis Hollandiae caussarum Patrono et Confessus Illustr. ac Praepotentium Ordinum foed. Belg. Aduocatorum principe egit, et ab eius humanitate ac facilitate, quam non sine magnâ laude commemorare possum, haud aegre obtinuit, vt apparatus variae lectionis transcriptum ad me mitteret: de quo, vt et de aliis schedis ab optimo Viro, Ruhnkenio,

XIV PRAEFATIO AD APOLLODORVM

mecum communicatis, in fronte notarum agam accuratius, nunc monuisse sufficiat, contineri in eo lectionem codicis Palatini, Vaticani, Medicei, Vefuntini, et duorum Regiae biblioth. Paris. Ex tertio Regio excerptam lectionem misit paulo post ad me V. C. Schweighaeuser, Professor Argentorat. Acad. doctissimus et humanissimus, cuius studio re-creatum ac restitutum Appianum auide expectamus.

Copiis his, pro consilio meo et vitae meae rationibus, ita vtendum esse putavi, vt ad codicum fidem lectionem restituerem, eliminaremque ea, quae ab editore primo Aegio aliunde essent illata, emendarem autem si qua praue essent edita. Sublata hoc modo sunt superiorum editionum menda innumera; inprimis autem multis locis veritas et perspicuitas sententiarum diligentiore interpunctione, quod emendandi genus inprimis magni facere soleo, est restituta. Cum autem illud critices auxilium desideret potissimum Apollodorus, vt aliena et ex Grammaticis aut librariorum stupore illata eiiciantur: ea quidem, quae codicum consensu firmabantur, expungere non sustinui, vncis tamen inclusi, vt legentem non valde morari possint.

Inter haec facile intellexi, vix a me rem ita peragi posse, quo minus mihi multarum rerum ratio esset reddenda; variae quoque lectionis apparatus expectari; occurrebant praeterea inter legendum et interpretandum nonnulla, quae non incommode possent moneri; vt adeo, quamuis ab hoc laboris genere valde abhorrerem, de notis ad-iiciendis cogitandum mihi esset. Verum illo tempore auocabant me aliae curae, sepositusque est Apollodorus: Nunc redemptoris librarii rationibus hactenus consulendum visum est, vt graeca saltem

in publicum protruderem, et quidem seorsum ac sine annotatione, cum semel ita constitutum esset, ut lectionibus habendis auditorumque vñibus libellus inferuaret: quam bene enim is consilio huic, etiam in lyceis et gymnasiis, responderet, (paucis locis, quos seueriores mores respuunt, exceptis) testatum mihi fecit Io. Andr. *Suchfort*, A. M. Gymnasii Gottingensis Rector, vir Graecis Romanisque litteris earumque accurate tradendarum disciplinã praecellens, qui, eundem libellum in lectionibus suis cum, per hoc tempus esset interpretatus, copiã et varietate rerum valde delectatos esse iuueniles animos narravit. Comprehendam igitur singulari libello, tanquam alterã parte huius operis, variam lectionem cum emendationibus et illustrationibus, inprimis ex antiquis Grammaticis, reddam rationes lectionis mutatae, agam de Apollodoro, eiusque codicibus et editionibus, tum fragmenta subiiciam.

Scr. Mart. c1o1occlxxxii.

P R A E F A T I O

EDIT. PRIORIS

VOL. II. AD NOTAS.

Quid mihi in hâc ad Apollodorum adnotatione propositum fuerit, etsi ipsa res loquitur; paucis tamen exponere non grauabor. Igitur vt ad Apollodorum illustrandum animum adiicerem, me non tam Apollodori causa impulit, vt haberem in quo scriptore restituendo et emendando operam criticam collocarem; quae sane satis leuis foret opera, et ad grauiorem forte scriptorem melius transferenda; quam ipsa mythologiae ratio, cum eam nec satis bene a multis teneri, neque recte tradi viderem. A mythis tamen, vt iterum hoc moneam, omnis priscorum hominum cum historia tum philosophia procedit, neque is, qui aut historias antiquiorum aetatum tractat, aut philosophiae origines et religionum causas inuestigat, cursum recte suum instituere potest, nisi a mythis, tanquam carceribus, progressus sit. Ita ad omne in his animi iudicium grauissima res est, vt de mythis ipsis notiones infideant mentibus verae et explicitae. Nam qui fabulas indole, genere, aetatis interuallis, causis, vsu, non immane quantum inter se differre didicit, sed pro poetarum ludibriis, anilibus narratiunculis et vanis commentis habet omnia, quae sub fabularum nomine memorari audierit, ei sane irascendum non est, cum mythorum naturam et indolem vsunque tam parum assequatur, si studium eorum omne inane et friuolum esse statuit. Ad poetarum lectionem fabulas cognitu vtilis esse nemo vulgo inficiatur;

si tamen nihil aliud quaeritur, quam ut lasciuientium ingeniorum commenta et lusus animis teneamus, miseranda sane est fors nostra, quod tam bona aevi huius fugientis pars his nugis perditur. Verum in litterarum studiis etiam ea animi vis fingenda et regenda est, quam phantasmam appellamus; fingere animo noua, apta, pulcra, aut ab aliis ficta diiudicare et probare, res est multi et docti studii. Haec poetis legendis ut assequamur, allaborandum est; eadem porro ad artis seu priscae seu recentioris opera transferimus; hinc ad vitae, ad morum elegantiam; sic induimus ingenii ac sensus illam vim, quam gustum pulcri verique appellamus, quem qui assequutus fuerit, nae is ad virtutis et honestatis studium praesidia habere videtur haud vulgaria. Verum usus longe maximus fabularum est ad interpretationem cum poetarum tum aliorum scriptorum imprimis antiquiorum, maxime ad declarandum priscorum hominum morem sentiendi et sensa animi eloquendi, ad sermonem symbolicum et a rebus sensui subiectis repetitum, cuius vestigia vix alibi tam expressa et manifesta supersunt quam in mythis antiquioribus; quid quod magna fabularum poeticarum pars ex hoc enata est, quod vetus sermo symbolicus seu allegoricus in factum historicum fuit mutatus, quod retexere et ad priscam formam reuocare delectat. Hic idem priscorum hominum, in ipsis vitae initiis constitutorum et hinc ad prima humanitatis et litterarum elementa progressorum, sermo, ex quo paullo subtilius intelligi et cognosci a nostris popularibus coepit, iis ad meliorem interpretationem antiquiorum litterarum sacrarum, in quibus oratio ad sensus eorumque iudicium accommodata vel maxime regnat, praesidia et adiumenta noui generis attulisse videri potest; quemadmodum vera poeticae orationis natura et indo-

les perspecta ad antiquiora in libris sacris carmina, hymnos et vaticinia recte interpretanda facem praetulit. Vt igitur in hoc altero studium naturae poeseos, post V. S. R. Lowth, ita in illo vera notio mythorum et sermonis mythici plurimum ad saniores litterarum sacrarum interpretationem profuisse videri debet. Verum ut illa omitamus, in ipsis poetis legendis et interpretandis cum haud dubie de inuentione rerum non minus laborandum sit interpreti, quam de verborum sententiis, veram mythologiae doctrinam qui destitutus est, nihil ad summam rei proficiet. Cum enim poetis tanquam materies, e qua petant aut argumenta carminum aut ornamenta, subiecti sint mythi: quid in aliqua fabula nouatum poetae ingenio et inuentum sit, nemo perspexerit, qui vulgarem narrationem et antiquiorem fabulandi modum non animo teneat. Ita quid Sophocles, ut hoc exemplo utar, in Oedipode in scenam inducendo ex ingenii sui facultatibus depromserit, non facile assequaris, nisi quae alii poetae de fabula hac prodiderant in promptu sint. Atque haec illa sunt, quae imprimis animos iuuenum erectiores et generosiores ad antiquissimum quemque scriptorem rapiunt, quod principes illos scriptores omnis generis aut vident aut sentiunt ubique occupasse ea, quae in quaque re primo loco erant dicenda, quae ipsa res, ipse naturae impetus, sensus, mens, subiicere solet, quaeque adeo cum veritate et simplicitate naturae sunt maxime coniuncta, habentque ad animum, nondum seculi ingenio imbutum, vim tanto maiorem, quo minus ei adpersum est argutae artis, quae delectat quidem suauitate sua, vim tamen naturae sensusque infringit. Contra seriores scriptores facile animadvertas, non minus inter Graecos quam multo magis inter Romanos, operam lulisse in iis, quae

sibi relicta esse videbant ab antiquioribus, studiumque transtulisse ad expolienda, ornanda, varianda, nouanda, eadem quae iam ab iisdem erant tractata; adhaesisse adeo iis quae secundaria habenda sunt, et in orationis elegantia et suauitate aut exornatione elaborasse; in qua quidem eos superasse antiquiores haud neges, illa tamen, quae propria sunt antiquitati, in inueniendis rebus et sententiis, et in eloquendi simplicitate, proprietate et grauitate, ab eorum elegantia, munditie et subtilitate abesse; multo minus ea a poetis Romanis expectabis, quorum operam in reddendis latine iis, quae ex graecis litteris transtulerant, consumtam videas. Ad haec igitur et similia alia vt iuuenum animos conuerterem, cum eorum pars haud contemnenda in mythicis contineatur, saepe circumspicere coepi libellum, ad mythologiam recte ac docte tradendam comparatum, simulque eam mythorum expositione instructum, vt eius aliquis vsus esse possit in antiquorum poetarum et historicorum lectione. Habeo enim in votis, vt existat aliquando vir doctus, qui, mythologia Hesiodea, tum Homericam, seorsum expositam, deinceps colligat, quae ex antiquioribus poetis et historicis extant passim aut ex iis hausta, aut ad verbum descripta fragmenta; quo facto haud difficile erit cognoscere ea, quae seriorum ingeniorum lusu verius quam inuento accessere. Equidem vt in hos fluctus me immitterem, nec hic aetatis gradus admittit nec aliae rationes meae. Itaque intra illud consilium me continui, vt, cum vidissem in libello Apollodoreo occurrere ea, quae maxime et cognitu essent necessaria et ad poetarum antiquiorum lectionem vtilia, et ad priscas mythorum rationes cognoscendas fructuosa, (nam pro consilio diuerso diuersa mythologiae tractandae ratio esse debet, si quis v. c. artium operibus cognoscendis aut poetis re-

centioribus similem libellum conscribere vellet) ut, inquam, hunc libellum ita ederem, ut legi sine nimis magnâ offensione posset. Cum tamen in ipso opere intelligerem, vix me id quod volebam, consequi posse, neque ne editoris quidem munere recte defungi, nisi partim lectionis, modo emendatae modo corruptae, causas redderem, partim Apollodorum ipsum in multis illustrarem, consilium inii hoc, ut in adnotationem hanc semel susceptam coniicerem quoque ea, quae ipsis magistris, qui Apollodorum interpretarentur, ad fabulas explicandas essent utilia. Monui itaque passim ea, quae ad indolem mythi, ad eius origines, incrementa, variationem, perspiciendam necessaria esse videbantur; fontes et loca classica apposui: imprimisque animos lectorum conuertere volui ad ea, quae poetarum ingeniis, variis variandi et ornandi studiis, et a quibus causis consiliisque, deberentur; ut intelligeretur, quae fabularum antiquior esset simplicitas, qui ornamentorum fontes, quid inde tragici, epici, lyrici, hauserint, quantum a patriis religionibus, a famâ maiorum, ab historicis, philosophis, rhetoribus, grammaticis, ad ea melius deteriusque constituenda profectum sit. Ita desinent tandem homines putare, ut in historiis, ignoratione veri, fide incertâ, obscuroque rumore, studio odioe, eadem res diuersis modis narratur, eodem more fabulas diuerse tradi; contra vero ita statuent: eandem rem, seu inde a gentis originibus seu famâ maiorum acceptam, seu a vetere auctore antiquo sermone narratam, a sequioribus pro materiâ esse habitam, in quâ ingenia exercebant; itaque eam variis modis a poetis diuersi generis esse ornatam et variatam, mox seriorum interpretatione in melius aut in peius constitutam. Cum tamen non illud agerem, ut mythologicum opus conscriberem, alienum erat,

fabulas singulas copiose exponere; breuitatis vero ratio vel maxime mihi erat habenda. Itaque, quae iam alibi doctè et accurate exposita nossem, ad ea lectorem remisi; de aliis verbo monui, quod sapienti sat esse videbam; substiti interdum in exquisitoribus; omnino vero iacere volui fundamentum, cui superstruerent alii, pro suo quisque consilio, ingenio et facultate, quantum vellent. Poterunt quoque hoc ipsum opus alii emendatius et auctius recoquere. Nihil enim dare volui nec potui, quod in hoc genere esset absolutum ac perfectum. Res est infinitae lectionis mythica doctrina; et saepe etiam hunc inter laborem humanam sortem conqueri libuit, quâ, cum semel ex superiorum seculorum inuentis, iudiciis et opinionibus, constanda sit sapientia, in hâc vitae breuitate et fugâ tot rerum cognoscendarum necessitas imposita est, vt vel in hac vnâ disciplinâ (at quam leui dices, quam parum cum vitae rationibus coniunctâ!) vitam aliquis consumere possit. Omnino tamen de mythorum ratione et indole nonnulla, iis, qui in hoc tramite pergere volent, cognitu nec iniucunda forte nec inutilia, subieci in disputatione de Apollodoro eiusque libello. Cetera visum est melius tradi posse, si ipsis rerum exemplis appositis in singulis causis, non vniuerse, monerentur. Vtinam mihi operam hanc meam ita regere et describere licuisset, vt criticam adnotationem seiunctam darem ab illustratione mythologicâ; sed cum omne hoc quicquid est operae, necessitas potius et vtilitatis respectus, Graecis iam prelo exscriptis, exprimeret, quam vt consilium ab initio susceptum et animi lubido me ad illud ferret, reseruandum hoc erat secundae recensionî, quâ facile erit et discernere haec et singula perficere.

Subieci tandem fragmenta Apollodori. Inter primos conatus, ad quos, cum ad haec studia ani-

mum appulsem, deferebar, propositum olim erat hoc, vt seculum Ptolemaeorum, tanquam temporis epocham ad omnem litterarum, philosophiae et religionum conditionem, quam nunc videmus, initiis et seminibus iam tum sparsis maxime memorabilem, studiosius illustrarem: multa hic in variis litterarum generibus animo occurrebant, quae nisi expositione rerum in istum modum instituta non satis intelligi et perspici possent; erat igitur animus scriptores Alexandrinos, in his Apollonium Rhodium, Eratosthenem, reliquos, ita excutere, vt, quae ad ingenium seculi perspiciendum vim haberent, elicerem. Erat in his Apollodorus. Verum *vitae summa brevis — spes longas refecare iubet*. Restitui Apollodorum, qualem quidem exhibere licuit, mutili ac discerpti corporis frustra; attamen vel sic *magni nominis umbram*; si modo quis animum attenderit ad tempora et homines, inter quos vixit, cum, Bibliotheca primum et Museo condito locupletatis litteris, homines docti ad rerum discendarum copias ordine dispescendas, tempora et historias accurate describendas, animos conuerterent. Noluit nos fortuna eorum opibus integris frui: nostris ea vsibus seruauit grammaticorum paleas, et monachorum scorias: ex his iterum eruenda sunt pauca pretiosi metalli ramenta, quae aetatis istius aureae copias ad opinionem et coniecturam nostram adumbrare possint. His interea tanquam micis et frustulis ex diuite coena residuis fruendum est, et acquiescendum in prouidentia numinis, quod in his pristinae fortunae reliquiis, ex temporum naufragio et clade seruatis, digerendis et in varios vsus conuertendis vires animi acuere nos et perficere voluit. Scr. Vernis mensibus a. cIoIoCCLXXXIII.

COMMENTATIO
DE
APOLLODORI
BIBLIOTHECA
NOVAQVE EIVS RECENSIONE
SIMVLQVE VNIVERSE
DE LITTERATVRÂ MYTHICÂ.
EX EDIT. PRIORE 1783.

Apollodori libellus, etsi in multis ieiune ac tenuiter scriptus, magnas tamen, praeter breuitatis et simplicitatis laudem, habet dotes, quibus commendari possit. Mythorum, seu fabularum, cyclum exponit, non secundum opinionis alicuius commentum, (nos hypothesein appellamus) sed ex poetis et scriptoribus principibus, nude ac terse, ordine lucido et ratione commodâ. Comparasse se videtur ad Pherecydis maxime exemplum, quod in locis ex hoc seruat agnoscere licet, qui sententiis concisis, nudis, omni ornatu detracto, fabulas narrauerat. Ut melius de rerum expositarum constet ordine, monere liceat: *Primis capitibus* (lib. I, 1-6.) contineri fere, paucis aliis interpositis, *mythos e theogoniis et cosmogoniis* profectos; qui diuersae a ceteris indolis et naturae sunt, et physica nonnulla placita, qualia quidem in hominum rudium et oratione idoneâ et elaboratâ destitutorum animis esse poterant, super rerum origine, elementorum pugnâ, eâque diremptâ, de rerum dispositione, per summam narrata exhibent. Sequitur *altera sectio* ad finem libri primi: *mythi Hellenici*, seu priscae narrationes a maioribus fando acceptae de auctorum stirpis Hellenicae fati rebusque gestis, sermone antiquo primum expositae, hominumque prisca omnia in miracula vertentium ore traditae, tandem a poetis varie ornatae. In primis autem *Aeolica stirps* heroum numero inclaruit: hanc ideo potissimum persequitur Apollodorus inde a c. 7. Incidunt in hanc partem praeter *Aloidas, Marpeffam raptam, Oeneum, Athamantem cum Ino, Peliam et Neleum, cum Nestore, Biantem et Melampodem, vatem, Calydoniae*

suis venatio et Argonautarum nauigatio, multorum carminum argumenta.

Alter liber, vt nunc quidem libellus dispescitur, Inachi genus exponit, in quo Persei stirps succedit inde a c. 4. et in hac Hercules, cuius res gestae, vita ac mors, tot carminibus decantatae res, disertius ex iis sunt expositae. Subiiciuntur c. 8. Heraclidarum fata, profectio in Peloponnesum, sedes in eâ occupatae, vsque ad Aepytyum Cresphontis filium.

Tertius liber, Agenoris stirpem persequitur: primoque loco c. 1. 2. 3. fabulas Creticas, tum c. 4-7. Thebanas, interpositis Bacchi Thebani fabulis, subiectaque breui expositione belli aduersus Thebas, belli Epigonorum, factorumque Alcmaeonis, quae et ipsa carminum argumenta praebuere; tertio loco hic liber c. 8. 9. fabulas Arcadicas potiores exponit, inque his Atlantis septem filias recenset, inter quas Taygete (lib. III, 10, 3.) ad mythos Laconicos scriptorem deducit, Electra autem (c. 12.) ad fabulas Troianas.

Paullo abruptius ad *Aeaei stirpem* procedit narratio (lib. III, 12, 6.) nec minus subito inde ad *fabulas Atticas* c. 13. donec in *Thesei rebus* deficit libellus, qui deductus esse debuit vsque ad bellum Troianum et errores ducum Troiâ captâ redeuntium: vt ex Photii loco (Cod. 186.) patet: et ex lib. I, 3, 4. vbi *Sirenes: περί ὧν ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως ἐροῦμεν.*

Periere ergo non modo de Theseo reliqua, imprimis, quae lib. III, 1. f. promittit Apollodorus, de Phaedrà et Ariadne, verum omnino Pelops et cum hoc Tantalus pater, et cum Hippodamiâ Oenomaus, et Pelopidarum stirps, cumque hac de Atreo, Thyeste, Agamemnone eiusque progenie narrata. Sicyoniorum res videtur consilio omisisse, vtpote historiae propiores ac temporum

computo; unde Castor eas accuratius erat persequutus. De Orchomeno, et de Minyis, nescio an seorsum egerit; dubito etiam de Amazonibus; etsi hic locus esse potuit in rebus Atticis, ad quas earum historiae referri solebant. cf. Lect. Lyfiac. c. 4. In Thesei rebus forte etiam de Pirithoo, de patre Ixione et de rebus Centaurorum et Lapitharum actum fuit. Suspiciabar ideo ex Apollodoro esse depromptum locum de Theseo et Pirithoo apud Zenob. V, 33. p. 127. ed. Antyv. nam etiam ea, quae antecedunt et sequuntur, ex Apollodoro sunt petita; tum Scholion ad Il. α , 268. et 317. de Ixione. Sequebatur puto et in his Pherecydem, cuius particulas dedit Schol. Apollon. Rh. III, 62. Schol. Eurip. Phoen. 1192. vbi vid. Valkenar. Add. Pindarum P. 2, 39 sq. c. Schol. Si verum coniecto, Attici mythi deducti erant usque ad Codrum et ductam a Neleo in Asiam coloniam: videnturque Apollodori verbis simillima legi apud Zenob. IV, 3.

Gale in Notis ad Apollod. p. 95. videri ait Lucianum in lib. de Saltatione redegisse nostrum in compendium; posseque hinc intelligi, quae in Apollodoro desiderantur. Enimvero si quis Lucianum vel obiter inspexerit, inde a l. 37. facile intelliget, de Apollodoro eum ne cogitasse quidem: tam diuersas fabulas, diuersumque fabularum ordinem ille sequitur; instituto quoque prorsus alieno utitur; nam fabularum a pantomimis saltari solitarum recensum agit.

Etiam Tzetzae Commentario ad Lycophronem perlecto vix tuto pronunties, quatenam ex Apollodoro profecta esse videri debeant: hariolari autem de hoc vel illo et diuinare parum fructuosum est.

Cum vero in compendium redegisse veteres historias ac mythos feratur Apollodorus: quaestio illa exoritur, quae in omni scriptore primo loco agitanda est, quos ille se-

quibus sit auctores, aut unde sua petierit. Cui quaestioni ut recte occurram, omnino *de mythorum tradendorum et tractandorum inter veteres ratione* pauca praemit-
tam: simulque *de mythorum naturâ ac ratione*, tam parum
plerumque intellectâ, nonnulla interponam *). A genea-
logiis profecta esse videri debet omnis inter Graecos my-
thologia; duplex tamen genus a duplici causâ constitu-
tum: aliud rerum et causarum in personas mutatarum,
ut diceretur gigni ex altero id, quod cur existeret caus-
sam in illo haberet; continentur hoc genere cosmogoniae
et theogoniae, a physicis nonnullis super rerum origine
et elementorum pugnâ rerumque constituto hoc, qui
nunc est, ordine opinatis, paucis numero, a pinguioribus
aliquot ingeniis ad ea, quae fieri viderent ac sentirent
compositis, et sermone rudi ac sensilium rerum notis
circumscripto, redditis; in his nonnulla astronomica; aliud
genus ab heroum eorumque, qui vel gentis auctores,
urbium conditores, vel rerum gestarum virtutisque famâ
clari fuissent, originibus erat ductum, cum natales eorum
et stirpes ab ultimâ antiquitate vulgo repeterent, atque
etiam in his partim vetustas narrationes, parum luculen-
tas, sequerentur, partim sermonem antiquum ad fabulas
comminiscendas deflecterent, partim iisdem diis, qui in
cosmogoniis erant inuenti, ad nona commenta rerum-
que miracula vterentur. Nam in primo illo genere, (id
quod sermonis parum elaborati natura et rerum sensui
obiectarum specie vehementer percussa mens suadere

*) cf. Commentat. *de origine et causis fabb. Homericae*, in
Nov. Commentar. Vol. VIII. *de Theogoniâ ab Hesiodo con-
ditâ*. in Commentat. anni 79. T. II. et Proluf. anni 1765.
de causis fabular. physicis. (Adde nunc Exc. III. ad Iliad.
XXIII. et quae p. 564 memorantur; imprimis Commenta-
tiones Vol. XIV. Commentationum Soc. R. Scient. Gotting.
insertas.)

poterat), reuocatae cum essent animi sententiae et opiniones ad actiones, vt, quae cogitaret animus, tanquam gesta, aliis repraesentaret, elementa facta sunt personae, eorum incomposite efferuescentium tumultus per bellum ac pugnam, declaratus, multis modis narratam, modo Titanum, modo deorum, modo Gigantum: ita inuenta sunt deorum nomina, et naturae, et res gestae: in quibus vulgares forte superstitiones ac notiones nonnullas sequuti sunt auctores; sed haec ad liquidum perducere nullo modo possumus. Interiere enim antiquissima quaeque, et obscura supersunt vestigia; a Pelasgis enim, iam ante Hellenes, deos habitos esse ex classico Herodoti loco II, 50. constat; idemque docent tot alia de deorum ordinibus et classibus iam ante Iouem memorata; quo etiam locus Ciceronis N. D. III, 21. de iisdem diis varie traditis spectat. Ab antiquioribus vulgares inter Hellenas religiones partim natae, partim, cum aut casus aut opinio aut advenarum auctoritas eas inuexisset, melius constitutae sunt; ab iisdem heroum magnâ ex parte stirpes duci coeptae. Nec modo ea vulgo hominum ore et narratione trita, verum et carminibus vatum sunt frequentata *).

Cum longa aetas, vt credere par est, multa iam in his mutasset, flexisset, ornasset: ad Homeri et Hesiodi tempora deducta res est. Accepere illi fabulas, seu, quo vocabulo lubentius vtor, mythos, non inuenere: quâ de re alio loco est disputatum. Fuerant enim, vt et ipsâ re, et multis poetae vtriusque locis, et expressâ antiquitatis fide intelligitur, multi ante eos vates, qui hymnis deorum, heroum laudibus, et varii generis et

*) Secundum paullo ante dicta potest quoque aliquis eam opinionem animo concipere, an omnis mythologiae exordia a Pelasgis ducenda sint; Pelasgicarum pars adhuc fabularum habetur in Arcadicis. Attigi haec iam sup. Obsl. p. 262.

COMMENTARIA TIO

quibus sit auctores, aut unde sua petierit.
 stioni vt reete occurrat, omnino de mythorum
 rum et tractandorum inter veteres ratione pauca
 tam: simulque de mythorum natura ac ratione,
 plerumque intellectâ, nonnulla interponam *)
 logiis profecta esse videri debet et omnis inter
 thologia; duplex tamen genus a duplici cau-
 tum: aliud rerum et causarum in personarum
 vt diceretur gigni ex altero id, quod cur
 sam in illo haberet; continentur hoc generi
 et theogoniae, a physicis nonnullis super
 et elementorum pugna rerumque consi-
 nunc est, ordine opinatis, paucis numero
 aliquot ingeniis ad ea, quae fieri videntur
 compositis, et sermone rudi ac sensu
 x circumscripto, redditis; in his nonnulla
 genus ab heroum eorumque, qui videntur
 urbium conditores, vel rerum gestarum
 clari fuissent, originibus erat ductum
 et stirpes ab vltimâ antiquitate videntur
 etiam in his partim vetustas narrati-
 tas, sequerentur, partim sermonem
 comminiscendas deflecterent, partim
 cosmogoniis erant inuenti, ad quos
 que miracula erant inuenti, ad quos
 quod sermonis vterentur. Nam in
 obiectarum parum elaboratis
 specie vehem

*) cf. Commentat. de
 Nov. Commentat.
 ditâ. in Commentar.
 de causis. Comm.
 XXI
 uione
 inf.

poterat). ~~.....~~ petita, tractauere, in-
 nes ad actiōes. ~~.....~~ fuit adeo *Heraclea*
 aliis reprobatione ~~.....~~ (sq.) porro Thebaides
 compositis ~~.....~~ *Ἐπιγόνου; Ἀλκμαιωνίς*
 declaratis. ~~.....~~ esse videtur ἢ *Εὐρω-*
 deorum. ~~.....~~ c vnius auctoris. Fuit
 mina, ~~.....~~ orum fabulas complexa;
 superstitio ~~.....~~ Dorienſium cum Lapi-
 res; ~~.....~~ 7. et Obſſ. ad e. l.) *Meli-*
 mus. ~~.....~~ μάχη; in Argolicis fuit
 superſtitio ~~.....~~ ναίς; in Creticis alia ἔπη;
 deo: hanc ~~.....~~ his forte coniuncta τὰ Ἀμα-
 idemque ~~.....~~ et *poetarum cyclicorum* ge-
 bus ~~.....~~ is qui ſecundum ea, quae
 rone ~~.....~~ accurate, notitias et fragmenta
 Ab antiquo ~~.....~~ que ea, quae tractata fuerunt, et
 tim nate ~~.....~~ quantum fieri poteſt, adumbret.
 venarum ~~.....~~ nulla melius conſtitui ſuper anti-
 ſunt; ~~.....~~ ſis, litteris, religionibus et philo-
 coepta. ~~.....~~ umque ex ſeriorum ſcriptorum iu-
 trita. ~~.....~~ s. Commune vero id fuit omni-
 Cum ~~.....~~ *arium narrationes*, quae ore homi-
 his ~~.....~~ itae eſſent, verſibus includerent,
 tempora ~~.....~~ ornarent, eoque *historiarum* prima

antias ac theogonias poſt priores
 nil niſi voluptatem audien-
 sponendis propositam habuere;
 multa variare, mutare, ornare;
 ademque rudiora perierint, quid
 bus propositum fuerit, in non-
 in aliis ne probabili quidem
 ui liceat. Ex hoc genere fuere

argumenti ἔπεισιν suis mythos varie multumque tractauerant: seruasse videtur nonnulla ex his hominum memoria etiam post Homeri tempora: sed, vt fit, sermonis antiqui horror, in multis etiam obscuritas verborum et ambiguitas, prisca illa carmina in neglectum adduxit sensimque animis et memoriis hominum excussit. Extitere ferius passim alii, qui sua carmina veterum vatum nominibus venditarent; quorum tamen nullam esse rationem habendam per se intelligitur *).

Successit poetarum aetas, quos *cyclicos* vocabulo parum definito appellare solent, modo a cyclo mythico, inde a genealogiis deorum vsque ad Troiae excidium et Achiuorum reditus constituto, modo quod ipsi inter se cyclum aliquem epicum constituunt: hoc est, cum ii poetae ἔπεισιν exponerent fabulas veteres post Homerum et Hesiodum, recensus eorum ita a multis est factus, vt modo cum Homero et Hesiodo, modo ab iis seorsum classem aliquam poetarum constituerent. Sed nihil de numero habemus definitum; et confundunt cum veteres tum recentiores plerumque cyclum mythicum et epicum, et tertio loco cyclum Dionysii, de quo postea videbimus. Ex poetis his, qui ἔπεισιν veteres mythos exposuere, alii cosmogonias, theogonias et heroogonias persequuti sunt, alii prisca Hellenicarum gentium narrationes de stirpium suarum auctoribus et conditoribus. Alterius huius generis magna pars intra sollennia argumenta belli Troiani substitit: vt is, qui Iliadem parua, qui Cypria carmina, Arctinus Milesius, qui Ἀλθιοπιδα de Memnonis rebus, qui Ἰλίου πέπεισιν condiderat; item Νόστων auctores, et Telegoniae; alii noua argumenta, ex prisca

*) Subtilius de his est disputatum nuper in Excursibus ad Iliadem, et de Cyclicis ad Virgil. Aen. II. Exc. I.

tamen carminibus plerumque repetita, tractauere, imprimis res Herculis et res Thebanas: fuit adeo *Heraclea* non vno auctore; (cf. Obfl. p. 132 sq.) porro Thebaides plures; τὰ ἔπη εἰς τὸν πόλεμον τῶν Ἐπιγόνων; Ἀλκμαιωνίς et quae Thebarum initia persequuta esse videtur ἡ Εὐρωπαϊα. Tum vero Ἀργοναυτικά, nec vnius auctoris. Fuit Μινυαῖς, Minyarum et Orchomeniorum fabulas complexa; ὁ Αἰγίμιος, Aegimii res in bello Dorienfium cum Lapithis gestae; (cf. Apollod. II, 7, 7. et Obfl. ad e. l.) Melifandri Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχη; in Argolicis fuit Φορωνίς, nobile epos, tum Δαναίς; in Creticis alia ἔπη; in Atticis Θησηίς, cumque his forte coniuncta τὰ Ἀμαζονικά. De toto hoc vatum et *poetarum cyclicorum* genere velim vt existat aliquis qui secundum ea, quae hic delineata sunt, agat accurate, notitias et fragmenta colligat, dispelcat, ex iisque ea, quae tractata fuerunt, et quo ordine, quo habitu, quantum fieri potest, adumbret. Poterunt forte sic nonnulla melius constitui super antiquarum aetatum historiis, litteris, religionibus et philologia: de quibus plerumque ex feriorum scriptorum iudiciis statuere solemus. Commune vero id fuit omnibus, vt *veteres popularium narrationes*, quae ore hominum adhuc ferri solitae essent, versibus includerent, carmine traderent et ornarent, eoque historiarum prima elementa conderent.

At illi, qui *cosmogonias ac theogonias* post priores illos carmine repetierunt, nil nisi voluptatem audientium in deorum mythis exponendis propositam habuere; iidem pro consilii ratione multa variare, mutare, ornare; ita vt, cum antiquiora, eademque rudiora perierint, quid primis mythorum auctoribus propositum fuerit, in nonnullis iudicio probabili, in aliis ne probabili quidem coniecturâ, ex iis assequi liceat. Ex hoc genere fuere

Titanomachiae, Gigantomachiae, Carmina de Typhoeo. Transitum etiam est ad singula genera: ita *Epimenides* Curetum et Corybantum res cum theogoniâ coniunxerat,

Minus reprehendendi sunt *poetae physiologi*, seu veteres illi philosophi, qui de rebus physicis commentati carmine scripsere, et pro temporum suorum ratione sermone prisco poetico veterum mythorum vti sua placita in mythos mutarunt, aut mythis inuoluerunt: testantibus id fragmentis *Empedoclis*, quae vtinam in vnum corpus collecta et docte disposita haberemus! Sed fuere ex eodem genere libri plures, Pherecydis quidem Syrii profâ sed carmini propiore, etiam Heracliti, Democriti, cuius oratio potius poema erat: (Cic. Or. 2c.) versibus autem Xenophanis, Parmenidis. Nec vero hi fabulas interpretati, sed *vetere mythico sermone sunt philosophati* *).

Nouum mythologiae genus constituisse putandi sunt poetae, ex quo tempore fabulis *pro ornamentis poeticis* vti sunt; in quibus adhibendis id maxime sectati sunt, vt ad consilii rationem, carminis naturam, animi lubitum, fabulas tractarent, laudemque in hoc ipso quaerent, si fabulam ingeniose variarent et vulgata nouo modo exponerent. Ita ab historiae ac famae acceptae fide omnino est discessum. Principes in hoc genere sunt *lyrici*, tum *dramatici*, inprimis *tragic*, qui veteres fabulas argumentum carminum ac fundum constituerunt, dramaticae autem poeseos naturae consilioque eas ita accommodarunt, vt interdum vix vmbra aliqua antiquae narrationis superesset. Tota haec fabularum stirps et natio, vt ita dicam, segregari debebat a ceteris. Fuere quoque qui τὰ τραγῳδοῦμενα, fabulas tragicorum ingeniis mutatas, seorsum libris conderent, vt *Aesclepiades*. At

*) v. nunc Excurf. III. ad Iliad. XXIII. p. 568 sq.

Grammatici mox tragica haec argumenta in acceptum ab antiquis mythorum ordinem intulere omniaque temere et praue miscuere. Ad hoc genus referenda quoque saltatio *pantomorum*: extat apud Lucian. de Saltat. c. 38. longus recensio fabularum per genera et capita descriptarum, quae in hoc dramatum genere exhiberi solebant. Nihil tamen ad cycli ordinem et seriem illa facere videri debent, etsi a Coelo et Titanibus initium enarrationis ducitur. Fuere qui in *lustrationibus*, *expiationibus* ac *teletis* exponendis subsisterent, alii qui per vatium praedictiones et per oraculorum euenta narrationes praecipitarent: vt *Euphorion* Chalcidensis in *Chiliadibus*, saltē libro quinto.

Inter haec de conscribendis *gentis suae historis* cogitare coeperunt viri prudentiores. Occupata iam erant antiquiora pleraque carminibus superiorum aetatum: itaque prima historiarum inter Graecos elementa, vt in *Acusilao* Argino, in *Hecataeo*, (nolo *Cadmum* Milesium ac *Pherecydem* Syrium laudare, cum de iis tam incerta sint omnia) ducta fuere ex deorum genealogiis et heroum rebus gestis, adeoque e mythis popularibus. Hinc intelligitur, cur antiquissimorum scriptorum libri inscripti erant *περὶ Γενεαλογιῶν*, vt *Acusilai*, *Hecataei*, cuius exordium hoc erat: *Ἐκχταῖος Μιλήσιος ᾧδε μυθεῖται. τὰδε γράφω ᾧς μοι ἀληθῆα δοκέει εἶναι. οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοὶ καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται* (ap. *Demetr. Phaler.* l. 12.). Omnino illi antiquiores hoc vnum sibi propositum habebant, vt memorias rerum, quales accepissent, vulgarent, *ἐν αἷς καὶ μῦθοι τινὲς ἐνήσαν, ὑπὸ (ἀπὸ) τοῦ πολλοῦ πεπιστευμένοι χρόνου, καὶ θεατρικαὶ τινες περιπέτειαί, πολὺ τὸ ἡλίθιον ἔχειν τοῖς νῦν δοκοῦσαι*. *Dionys. Halic. de Thucyd. Iudic.* p. 275. *B. Hudf.* Quem eundem morem, vt traderet *sine crisi*, sed cum fide, narrata, qualiacun-

que acceperat, sequutus est Herodotus. Neque adeo mirum, eos, qui primi historicorum nomine insigniuntur inter Graecos, ad nostrum iudicium, mythographos verius fuisse: quandoquidem omnis *vetus historia* mythorum expositione continebatur: non quasi excogitarent quisque fabulas, quas pro rebus gestis et euentis venditarent, verum, quia populorum origines his ipsis mythis inuolutae et traditae erant. Memorabilis in hoc genere esse debuit opera *Dionysii Milesii*, qui circa bellum Persicum vixit, et *Μυθικὰ*, *Αργοναυτικὰ*, *Τρωϊκὰ* et *Κύκλον ιστορικόν* condidit, eoque ipso inprimis clarus auctor Cycli mythici habitus est. Porro a *Phercyde Atheniensi*, qui ante Xerxis expeditionem in Graeciam vixit, *ιστοριῶν* opus decem libris, ab *Hellanico* circa idem tempus plures historiae antiquae Graecae singularibus libellis fuere perscriptae, aliae ab eius discipulo *Damaste Sigeensi*, et sic porro. Traducta opera est ad *κτίσεις*, h. e. ad mythos de *urbium et insularum originibus*; tum pluribus eodem opere comprehensis, ad *περιγήσεις* et *περίδους*, vt ab ipso *Hecataeo*, cuius *Ἀσίας περιήγησις*, *Εὐρώπης περίδος* fuit: cum quibus primum geographumena nonnulla in notitiam hominum venerunt. Hinc *Apollon. Rh.* multa repetiit, et lib. II. de *Bithyniâ* et reliquâ orâ *Ponti*. Inter haec, ad *temporum quoque rationes* aduerterunt animos, cum ad eas dispescenda esse ea, quae tradita erant, intellectum esset; fuere etiam, qui *chronica* attingerent: inque primis *Theagenes Rheginus* circa *Cambysis* tempora, tum *Hippys Rheginus*; fuere qui *ἀναγραφὰς sacerdotum Argiuarum* et *Sicyoniorum* scripto comprehenderent; alii qui singularum urbium res ac tempora notarent, vt *Samiiorum*, *Lydorum*, *Argiiorum*, *Sicyoniorum*, *Atheniensium*.

Ex his, quos adhuc commemoravi, principes illi auctores historiarum seu mythorum carmine scripsere;

inde alii, inque his primo loco Cadmus Milesius, Pherecydes Syrius, Acusilaus Arguius, Hecataeus Milesius, (quis reliquis prior rem tum nouam tentauerit, incertâ famâ fertur) ad solutam orationem sermonem refinxere*), vt tamen prima huius generis pericula poeticae orationi essent propiora. (Sic intellig. Strabo lib. I. p. 34. et cf. inf. in *Ind. Auctt.* voc. *Acusilaus* et *Pherecydes*). Processum tandem est ad illud *historiarum genus*, quod eo nomine *vere* dignum haberi debet, vt perscriberentur ea, quae euenisse aliquis aut ipse vidisset aut ab aliis, qui viderant, cum fide tradita accepisset. Cuius generis cum condita essent praeclara opera, a *Dionysio Milesio* τὰ μετὰ Δαρσειον, ab *Antiocho* Syracusano, rerum Sicularum scriptore, ab *Herodoto*, *Thucydide*, *Xenophonte*, *Philisto*, *Theopompo*, *Ephoro*, qui res Hellenicas ab occupatâ per Heraclidas Peloponneso repetitas ad Philippi R. tempora deduxerat, *Callisthene*, *Timaeo* et aliis, dispici coeptum est de *historiarum*, quas diuerfas diuersarum aetatum diuersi exposuerant, *corpore* aliquo condendo, vt inde ab Hellenum originibus perpetua Graecarum historiarum extaret narratio, quae cum voluptate et cum fructu legi posset. In quo genere res ipsa postulabat, vt scriptores mythos veteres Graecis historiis praefigerent et historicum corpus ita conficerent, vt a mythicis temporibus ad aeuum historicum procederent. Qui primus id tentasse fertur, est *Anaximenes Lampfacenus*, idem qui Philippi et Alexandri res perscripsit: ab eo enim edita fuerunt τὰ Ἑλληνικὰ inde a Theogoniâ vsque ad pugnam Mantineensem Ol. CIV, 2. pertexta. (Diodor. XV, 89.) **)

*) Nunc hi συγγραφεῖς, illi ἐποικοί.

**) Ex parte tamen iam praecesserat Dionysius Milesius in Cyclo, et proluisse iam quodammodo videri potest Hellenicus, vti e Troicis intelligas apud Dionys. Hal. I, 46. 47. 48 pr.

Hoc tramite cum incederent scriptores, ut mythica historicis praemitterent, proclivis fuit via ad commentum illud, quo mythi et ipsi in historias verti et tanquam res vere gestae, cum causis et consiliis narrari coepere. Signum sustulit hoc in more *) imprimis *Ephorus*, qui Tityum, Pythonem, (v. Strab. IX. p. 647. A.) Gigantes, fuisse tyrannos narrabat. Simili modo expediebat fabulas de Lyncurgo, de Minoe, de Rhadamantho, de Iove, Curetibus et ceteris similibus; quo fere more, inepto satis, Palaephatus tentavit fabulas (vid. Theon. Progymn. c. 6. p. 91. 92). Efflorescere coepere inter haec litterarum studia *Alexandriae*, inque his conuersi animi ad lectionis copiam varietatemque, et ad poetarum doctrinam. Inquisitum nunc est in historiam mythicam alio modo ac consilio. Primum enim *congesta* et *collecta* sunt ex antiquis poetis et scriptoribus ea, quae *sparjim* erant tradita aut quae videbantur esse *recondita*, eaque alii carmine complexi sunt, ut *Lycophron* in *Alexandria*, *Callimachus* in *Αἰτίοις*, *Aratus* in *Phaenomenis*, *Apollonius* in *Argonauticis*, *Rhianus* in *Heracleade* et in aliis, tum vero multo maxime *Euphorion* Chalcidensis, cuius *Ἀραρυά* (h. e. *σύμμικτα*) seu *Μοῦσικα* (h. e. Attica in V. Chiliades diuisa) multis ferioribus auctoribus ante oculos fuit. Alii soluta oratione sua perscripserunt; inque his primo loco *Apollodorus* noster commemorandus venit. Fuere porro qui *ad interpretationem poetarum* versi fabulas exponerent grammatici, atque sic ortum dedere *Scholorum* generi, quo *fabulae veteres* modo secundum *cyclicos* aut *τὰ τραγῳδοῦμενα*, modo secundum *singulos auctores* exponuntur; quae uti-

*) Prior iam ceteris idem fecisse videtur Dionysius Milesius, ut e fabb. de Amazonibus et Baccho ap. Diod. III, 52. et 65. apparet.

DE APOLL. BIBLIOTHECA. XXXVII

quam integriora haberemus! nunc enim illa plerumque admodum turbata, potioribus omissis concisa, seriorum grammaticorum nugis interpolata sunt, ut interdum difficile sit, aliquid expeditum dare. 19

Ex priore illo genere Grammaticorum, qui fabulas veteres, imprimis exquisitiores et doctiores, conquirerent, exorti sunt, qui hoc studium miris modis deprauarent. Sanior quidem et verior ratio antiquas res recensendi, ad certum consilium reuocandi, et pro naturâ et indole suorum quasque temporum accurate constituendi, substitit in paucis; seruasse illam videntur qui *temporum rationes* indagarent et *chronographias* componerent; quod ab *Eratosthene*, *Castore*, *Apollodoro* factum; tum nonnulli ex iis, qui res Atheniensium priscas ad tempora sua reuocarunt *). Attigere nonnulla *auctores periplorum*, *periegejon* et *geographumenon*, ut *Agatharchides Cnidius*, *Mnaseas Patrensis*, *Dicaearchus*, cuius fragmentum *βλοῦ Ἑλλάδος* praeclarum habemus, et ipse *Apollodorus*; alii, qui *περὶ Νήσων* scripsere, in quibus notabiles *Semus Delius*, *Philostephanus*, *Heraclides*. Contra fuere alii, qui, *Theopompi* forte exemplo, cuius *Ἰνυμάσια* memorantur, *incredibilia*, *admiranda*, *noua* et *παράδοξα*, seu physica seu historica, inque his etiam *mythica*, congererent, in quibus clarum nomen fuit *Alexandri Polyhistoris*, Sullae temporibus, et *Nicolai Damasceni*, qui sub Augusto vixit; prodiit inter hoc genus scriptorum, qui ingenii ostentationem in hoc quaerent, ut modo nouas fabulas producerent, modo veteres ignotas reuocarent, modo ex *κτίσεων* et ex populorum historiis aut ex *periegesin* obscuras et reconditas fabulas proferrent, aut τὰ κατὰ

*) v. Obsf. ad III, 14. pr. Philochoras tamen et ipse fabulas in veriores historiae colorem voluit mutare, et usus est etymologia.

πόλεις μυθικὰ congererent; ex hoc genere *Antiochus* scriptor ab Athenodoro laudatur apud Ptolem. Hephaest. 5. p. 324. Extiterunt quoque qui *ciuitatum illustrium* mythologias conderent, partim gratiae popularium aucupandae, partim ingenii ostentandi studio. Sequebantur in his modo κτίσεις illas superiorum, modo vnam et alteram fabulam in Argonauticis, Heracleis, Troicis et sic porro commemoratam, et eam in patriae et popularium gratiam nouis figmentis ornabant. Eiusmodi scriptores fuere, qui de *Heraclea* ad Pontum egerant; qui *Antiochiae* vrbi fabulas Hellenicas accommodarant; in Syria de Triptolemo et Gordy. v. Strab. 16. p. 1089. B. Alii in miris transformandorum corporum narrationibus operam luserunt. Ex omnibus his generibus, post multos, qui periere, vnus et alter aut integer aut per Photii excerpta est seruatus. Ex iis *Ptolemaeus* Hephaest. f. exemplum est inepti Grammatici, qui absurdissima quaeque cumulat.

Inter haec in *interpretandis* et ad certam rationem reuocandis *fabulis prisca* nonnullorum partim *philosophorum*, partim *grammaticorum*, opera fuit collocata, infelix plerumque, lubrica, et a nullis bene constitutis elementis et principiis profecta. Nam origines religionum certis symbolicis ritibus et nominibus continebantur: quibus interpretandis operam dabant: non semper ex antiquorum hominum sensu, sed ex suis notionibus; alii ex τελετῶν ritibus et institutis.

Sunt sane studii huius philosophici fabulas interpretandi vestigia valde antiqua iam in Lyricis, cum in fragmentis, tum in *Pindaro*, qui impietatis in deos crimen vt fugeret, fabulas nonnullas in meliorem sensum interpretatur, vt de Pelope a diis gustato statim Olymp. primā. Impugnant Homeri theologiam Pythagoras: Diog.

8, 21. Heraclitus 10, 1. Xenophanes 9, 18. cf. Olear. ad Philostr. p. 651. 2. Mox consilio ac decreto animi id aggressi sunt *Anaxagoras* et familiaris eius *Metrodorus* Lampfacenus ἐν τῷ περὶ Ὀμήρου. Anaxagoras quidem, qui primus de virtute et iustitiâ Homerum scripsisse dixerat, ad ethicam doctrinam fabulas accommodare voluisse videtur; Metrodorus autem eas ad physica deflexisse *); hic quidem perabsurda sequutus, vt exemplis a Tatiano commemoratis intelligitur. Memorat hic idem *Stesimbrotum Thasium*, iam Socrati laudatum apud Xenophontem in *Symposio*, et *Glauconem* Plato in *Ione*, hunc quidem ignotum, illum a Strabone quoque memoratum et a Tatiano. Anaxagorae exemplum sequutus *Socrates* allegoricae in primis interpretationis signa sustulisse videri potest, quae sequentes *Plato* et discipuli, cum his quoque *Euripides* aliquot locis, (v. c. de *Cerere* et *Terra Bacch.* 219 sq.) inprimis vero *Stoici*, *Zeno*, *Cleanthes*, *Chrysippus*, etiam *Cynici* primoque loco *Antisthenes*, (inspice scripta eius apud *Diog. Laert.* VI, 1, 9.) omnes veterum mythorum rationes ad meros lusus nugaeque redegerunt; omni enim sermonis prisca ingenio, veteris historiae indole, poeticaeque naturâ, neglectâ, similitudines rerum verborumque, plerumque ex etymologiis inanibus, indocte captarunt; natumque inde est importunum illud grammaticorum genus, qui allegorias

*) *Diog. Laert.* II, 11. *Tatian.* ad Graecos c. 37. *Plato* in *Ione*, ad quem *M. G. Mullerus* noster p. 10 sqq. bene de his egit, et suppleuit *Schowii* *Comment.* ad *Heraclid.* *Allegorias.* Spectant ad *Anaxagoreum* interpretandi morem verba, quae alibi legere non memini, ap. *Syncellum* p. 119 B. ed. Ven. προμήθεια γὰρ ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις ὁ νοῦς. ἐρμηνεύουσι δὲ οἱ Ἀναξαγόρειοι τοὺς μυθώδεις θεοὺς· νοῦν μὲν, τὴν Δίαν· τὴν δὲ Ἀθηνᾶν, τέχνην· ὅθεν καὶ τὰ χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολὺμητις Ἀθήνη. Melius *Democritus* in mythorum ratione versatus esse videtur; nam is ipse spiritus poetici capax de *Homero*, de *poesi*, egerat; de illo quidem sic profatus: Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κέσμεν ἐτεκμήνατο παντοίων; v. de eo *Vales.* de *Criticâ* I, 10.

veterum mythorum explicare vellent, ipsi omnis idoneae doctrinae expertes. Praeimerant tamen iis alii multa doctiores, in his ipse Aristarchus. Verum ad haec, quae Apollodoro in mythicis seriora sunt, descendere nunc non licet.

Subnata etiam rhetorum studia fabularum, seu exorandarum antificio rhetorico, seu vt in speciem historiarum verarum eas transferrent; vti res Herculis, Thesei, aliorumque eodem modo et colore ac res gestas Agesilai aut Epaminondae exposuerunt, causas, consilia, prudentiam ciuilem, adspererunt, omninoque pragmatice mythos nobis reconcinnarunt; quâ descriptionis fraude ipse *Diodorus Siculus* suam historiam contaminari passus est *).

Nec vero vllum omnino litterarum genus mythos facile intactos relinquere potuit; itaque Chronographi, Geographi, Astronomi, Archaeologi, Physici, Philosophi, qui dogmatum historias perscribere, fabulas veteres saepe commemorarunt, variis de consiliis et causis, multaque, incuriâ an studio, in iis mutarunt ac nouarunt. Accessere numi, deorum et heroum patriorum res insigniores, interdum et satis obscuras, adumbrantes. Ita, vt deorum nomina ne recitem, Herculis, Persei, Dioscurorum facta in numis expressa sunt, nec sine variatione.

Verum haec omnia a me eo dicta sunt, vt, quo loco *Apollodori bibliotheca* habenda sit, perspicuum fiat. Cum ii, qui historiarum Graecarum vno opere corpus complexi erant; mox ii, qui historias catholicas contexuerant, tempora mythica in fronte voluminum collocassent; e quo genere Diodorum habemus Siculum; Apollodorus alio consilio eosdem mythos collegisse videtur, vt vno volumine proponeret *compendium eorum mythorum*, qui a poetis maxime essent frequentati; imprimis, qui in Cyclo epico occurrerent. Manifestum hoc fit compara-

*) Ex Herculis fabulis, a rhetoribus et sophistis tractatis, specimen proposui in Commentatione de Hercule Musagete; in Commentationib. Soc. Gott. T. III.

tionem eorum, quae Proclus in Chrestom. (ap. Phot. Cod. 239, notissima sed classico loco) cyclo epico comprehensa dixit. Multa tamen attexit, quae in aliis poetis, etiam in tragicis et lyricis, occurrerunt; id quod epigrammata quoque in Apollodori bibliothecam testatur *). Omnia haec ordine disposuit lucido, partim ad sua genera, partim ad tempora sua reuocando; etsi nolim praestare Iosephi Scaligeri illud, quod dixit totam Apollodori bibliothecam facile κατὰ γένους in certum Chronicum nos conicere posse. Interea iis, quibus interpretandus est hic libellus, magnam utilitatem afferre potest *Simsoni Chronicon*, in quo ad singulos annos res heroum, plerumque ex Apollodoro, adscriptae sunt. Eum in nonnullis poetas ante oculos habuisse, patet vel hinc, quod interdum poeticas voces et formas retinuit; v. c. I, 9, 8, τὰ ῥεῖθρα, τὰς βάσεις. I, 9, 2, τὴν ἐναντίαν μοῦσαν μελωδῶν. I, 7, 4, §. 3, τὰ κύματα. Nec tamen, quantum quidem assequi licet, Apollodorus e poetis cyclicis ipsis omnia, quae scripsit, excerptit; sed sequutus esse videtur *auctores my-*

*) Αἰῶνας σπείρημα ἀφυσσόμενος ἀπ' ἐμεῖο
 παιδείης, μύθους γυνῶσι παλαιγενέας
 μήδ' ἐς Ὀμηρεῖην σελίδ' ἐμβλεπέα μήδ' ἐλεγείην,
 μή τραγικὴν μοῦσαν, μήδ' ἐμελογραφίην,
 μή κυκλίων ζήτει πολύθρονον στίχων· εἰς ἐμὲ δ' ἄθρων
 εὐρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Poemation hoc, cuius auctor nescio an nimis magnifice de Apollodori libello senserit, iam Photius in suo codice legerat; Cod. 186. Relatum quoque in Anthologiam Epigramm. Planudeam Steph. p. 534. Brunck. Anal. T. III. p. 271. laudatum passim a viris doctis, imprimis a Salmasio ad Solin. p. 597. qui edit; Αἰῶνων σπειρήματ' ἐ. (hoc recte) et eis με γὰρ ἄθρων. Vertendum autem sic arbitror: *Haerens orbem (cyclum) eruditionis antiquitatis, disce ex me (libellus loquitur) veteres fabulas, neque Homericum volumen inspicere, nec elegias, aut tragicam musam, aut carmina lyrica, aut cyclicorum poetarum carmina require; me enim inspecto inuenies cuncta (saltem mythos et figmenta poetarum) quae mundus habet.*

Micos, quorum etiam nomina interdum apponit. Principes ex iis sunt, Pherecydes, e quo forte ordinem adoptavit, Acufilaus, alii, de quibus cum figillatim tum in Indice auctorum ab Apollodoro laudatorum nonnulla sunt a me disputata; operaque a me data est praecipue, ut indagaretur vbique, quantum fieri poterat, quem auctorem in iis, quae narraret, sequutus esset Apollodorus.

Est vero haec alia, eaque haud vltima, Apollodori laus, quod seruauit multorum veterum carminum argumenta, multa ex veteribus mythographis, qui periere, etiam cycli epici vestigia aliqua *). Pro commendatione habendum tandem illud, quod non interpretationes phisicas aut allegorias immiscuit, quodque nec adhaesit fabulis Orphicis, in quibus multa occurrebant absurda, imprimis de Hercule, Dionysio, Hecate, Proserpinâ, Cerere.

De Bibliothecâ hâc locus classicus est Photii, qui **) eam legisse se profitetur: libellum appellat, aitque contineri in eo *res antiquissimas Graecorum et quae de diis et heroibus opinati sint*. Obscurius dictum hoc: ὅσα τε περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν, (f.

*) Cyclus ille epicus ut ex Procli Chrestomathia, nam egerat ille περὶ τοῦ λεγομένου ἐπικοῦ κύκλου, enotauit Photius Cod. 239. p. 982. ed. Rothom. ἀρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογούμενης μίξεως ἐξ ἧς αὐτῶ καὶ τρεῖς παῖδας γινώσκουσιν Ἐκατόγχειρας καὶ τρεῖς ἑτέρους ἀποτίκτουσι Κύκλωπας. διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν, τὰ τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἶπου τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐφαλεθίζεται. καὶ περαταῦται ὁ ἐπικός λόγος, συμπληρούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν, μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδυσσεώς, ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς Τηλεγόνου, ἀγνοοῦντος ὡς πατὴρ εἶναι, κτείνεται. cf. Salmas. ad Solin. p. 594 b. 595 a. add. ad Aen. II. Exc. I. pr.

**) Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ τεύχει (volumine quod Cononis L. narrationes complectebatur) καὶ Ἀπολλοδώρου γραμματικοῦ βιβλιόταρον ἀνεγνώσθη μοι. Βιβλιοθήκη αὐτῷ ἢ ἐπιγραφή, περιεῖχε (f. δὲ) τὰ παλαιότατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε (f. γε) περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν, ὀνομαστικῶν ποταμῶν καὶ χώρων καὶ ἰσθμῶν καὶ πόλεων ἔδειν καὶ τὰ πολλὰ ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχει, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν Τρωϊκῶν καὶ ἀνδρῶν τινῶν πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔργα ἐπιτρέχον. καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάνων τινῶν, μάλιστα δ' Ὀδυσσεώς, εἰς ἃν αὐτῷ καὶ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει. σύνοψις δ' ἐστὶ τὰ πολλὰ τοῦ βιβλίου, καὶ (f. delendum καὶ) ὅσα ἀχρηστος τοῖς τὰ παλαιὰ ἐπὶ μνήμης ἔχειν λόγων μεταποιούμενοις. ἔχει δὲ καὶ ἐπιγράμμα τὸ βιβλιόταρον οὕκ ἀκόμψον τοῦτο: Αἰῶνος σπείρημα etc. quod sup. pag. appofui.

παρέδωκεν vt παραδοῦναι, παράδοσις, de antiquâ famâ dici solent) quae de diis et heroibus tempus seu temporum decursus ipsis opinanda dedit; siue vt sit: quae de rebus tanto temporum interuallo remotis opinati sunt homines, seu: quae longo aeuo tradita acceperunt et professi sunt. Sane in libello, quem habemus, continetur summa eorum quae de diis heroibusque tradi solita. Sequitur: in eodem libello contineri appellationes fluminum, regionum, gentium et urbium: ὀνομασίας ποταμῶν καὶ χωρῶν καὶ ἐθνῶν καὶ πόλεων. In eo quidem quem nunc habemus, pauca id genus occurrunt: dicemusne eum pleniorē lectum esse a Photio? sed potuere plura exempla esse in iis, quae perire in calce libelli; vbi ab Achiuis, qui Troiâ redierant, vrbes conditae narrari potuere; sunt tamen etiam in iis, quae supersunt loca nonnulla huius generis, I, 6, 3. p. 23. de Haemo monte I, 8, 6. p. 39. vrbs Oenoe condita. p. 44. vrbs Salmonea. p. 46. Pylus. p. 61. fluuius Harpys. p. 67. Tomi. p. 69. Apfyrtides. p. 75. Media. Quod pergit: “multa in eo ad antiquissima tempora spectare, eumque ad Troiana usque tempora descendere” eo ipso intelligitur id, quod iam dictum est, hoc Apollodori libello cyclum mythicum esse comprehensum, quippe qui et ipse substitit in Νόστοις, seu erroribus Achiuorum a Troiâ redeuntium, locoque nouissimo Ulyssis res fuisse expositas. Sunt tamen lib. II, 8. de Heraclidarum in Peloponnesum profectioe fatisque nonnulla interposita, quae ad annum post excidium Troiae XC. progrediuntur. Apollodorum quoque “virorum nonnullorum pugnas inter se resque gestas” narrare, in nostro libello videas, v. c. bellum Amphitryonis, bellum Thebanum, Epigonorum. Quod tandem captâ iam Troiâ errores quosdam commemorauit, maxime Ulyssis, in quem eius antiquarum rerum narratio definit, id ad ea spectat, quae interciderunt. Subiicit his Photius: “compendiosam quandam esse (σύνοψιν) maximâ ex parte huius libelli narrationem, iis non inutilem, qui vetera complecti velint memoria.”

Hactenus Photii censura Apollodorea bibliothecae, quae mihi quidem libelli argumentum non nimium diligenter et subtiliter referre videtur. Idem in censura libelli Acestoridae τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, qui scriptor sapienter mythos suae quosque civitati, prouti in eâ ferebantur, reliquerat, multa in eo occurrere monet, quae cum alii dixerant, tum Apollodorus in suam bibliothecam retulerat — ἄτε καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ αὐτοῦ εἶπε βιβλιοθήκη.

Poterant nonnulla ex iis, quae Photius adscripsit, dubitationem facere, sitne hoc opusculum quod habemus illud ipsum, quod et quale ab Apollodoro profectum est. Eam suspicionem firmare potest hoc, quod passim laudantur nonnulla ex Apollodoro, quae in eo non reperiuntur. Enimvero sunt illa aut ex ultimâ bibliothecae parte, quae interiit, aut ex aliis Apollodori libris, in quorum fragmentis illa redhibentur. Nos verum Apollodorum habere, negabat Voss. in *Melam* I, 8. (p. 591. ed. A. Gron.) non videns, libros *περὶ θεῶν* et *βιβλιοθήκη* diuerfos fuisse libros. Pro epitome maioris operis hanc habuere Barth. I. *Theb.* 121. *Aduers.* LIII, c. 1. ab eâdem fraude opinionis illaqueatus, quâ Vossius, *Reines.* *Epp.* ad *Daum.* 85. p. 216. *Burm.* *Catal.* *Argon.* in *Calais* et *Faber*; quem refellit *Gale* *Diff.* p. 37. et in not. p. 64. (ad p. 155, 27.) Minus quidem foedatus corruptelis ad nos peruenit Apollodorus quam *Hyginus*, in quo interdum vix veteris Grammatici vestigia agnoscas; interpolatus idem miris modis. Procefferat et ille a genealogiis deorum; tum nonnullis de Cadmi stirpe praemissis sequuntur *Argonautica* f. 12 - 27, tum *Aloidae* f. 28. res *Herculis* f. 29 - 36. *Theseus* cum *Creticis* et *Atticis* f. 37 - 48. Interpositis multis diuersissimi argumenti, subiiciuntur *fabulae Thebanae* inde a *Laio* 66 - 76. *Tyndarei stirps* 77 - 81. *Pelopidae* 82 - 88. hinc *fabulae Troianae*, et *Achiuorum*, qui ad *Troiam* venere 89 - 127. inde iterum diuersissimi argumenti *fabulae*, inter quas nullum vinculum agnoscas. x Interea negari nequit, et ipsum libellum Apollodori nos

habere valde interpolatum, et nonnullis locis lacunosum, mutilum et truncatum; nec mirum, cum ipsum libelli argumentum homines inuitaret, vt margini aliunde sibi nota adscriberent, aut concise dicta explerent, alia expungerent vt minus nota. Praeterea omnia exemplaria, quae habemus, Photio, qui libellum, cum adhuc integer esset, legisse videtur, seriora, omninoque recentiora sunt et propagata ex vno non admodum antiquo, valde corrupto, et vocum litterarumque compendiis obscuris et ambiguis laborante, quae librarii indocti non assequi poterant.

Aegius, qui primus Apollodorum vulgavit (Romae 1555, 8.) eum narrat *fuisse sic mutilum, sic mancum, sic lacerum, sic inuersum, vt in eo restituendo — volumina versare necesse fuerit*. Non ferebat illa aetas, vt editores singula, quae de suo addebant vel mutabant, testata facerent; nunc aliorum codicum comparatio satis declarat, eum infinitis in locis scriptorem correxisse et interpolasse, plerumque ex Scholiis Lycophronis, Homeri, Apollonii et ex Diodoro, interdum etiam ignoratione seu sermonis seu fabulae *). *Commelinus*, qui (1599, 8.) libellum recudendum curauit, Palatino codice vsus, multa eiusmodi emblemata detexerat. ea tamen, paucis exceptis, omnia reliquit, nisi quod ea, quae in Palat. cod. non reperiuntur, cancellis inclusit. Opere nondum ad calcem perducto, satis ille concessit; itaque silua variae lectionis cum annotatiunculis nonnullis interspersis ex eius schedis adiecta fuit a necessario eius Iudâ Bonutio; desideratur tamen vbique vltima manus. Recensuit eum, hoc est, Commelini editionem recudendam tradidit operis, ali-

*) In vertendo Apollodoro idem non parum desudasse videtur.

Eadem eius versio seorsum recusa extat Antwerpiae apud Io. Bellerum s. a. 8. quam Gale nquam editionem Apollodori esse putabat, item Lugduni 1698. et ad calcem Hygini et aliorum mythographorum Par. 578. Germanice nec infeliciter versus habemus libellum a V. C. Meusel a. 1768. antequam ad historica studia transierat.

quanto post (Salmurii 1661, 8.) *Tanaquil Faber*, et notulas addidit, has quidem subitaneas et inter legendum puto adspersas, nec tamen docto homine indignas. Paulo post (a. 1675.) in Apollodorum curas suas conuertit *Tho. Gale*, vir doctissimus et in hoc litterarum genere probe exercitatus, cuius nomen praeferunt Historiae poeticae scriptores antiqui Apollodorus Ath. Conon. Ptolemaeus. Parthenius. Antoninus Liberalis. In excudendis Graecis, Apollodori quidem ex editione Salmurienfi, nulla profus eius opera nec fuit, nec esse potuit; sed id negotium bibliopolis relictum, alteri Londinensi, alteri Parisiensi, qui ne quidem de correctore adhibendo cogitasse videntur; adeo foeda vitiis omnis generis sunt omnia. Ad Galeum opus iam excusum apportatum fuisse videtur; tum ille composuit Notas, praeclaro doctrinae apparatu instructas, sed male digestas, tumultuarias, et ad vsum legentium parum accommodatas: nam et nomina scriptorum apponit nude, et locis non distincte indicatis, et ex aduersariis suis pleraque adscribit tam concise, strictim, interdum tam obscure, vt, quid iis facias, vix habeas; admiscet alia ab Apollodoro aliena; destituit vero lectorem in eo quod quaerebat. Adhibuit editiones tres quae praecesserant, et lectionem codicis Oxoniensis, sed parum diligenter exscriptam. Id tamen mihi curandum esse putavi, vt, postquam ipse ad meum ingenium in scriptorem commentatus eram, superiores interpretes perlegerem, et ex Galeo, Fabro et Aegio, vtilissima quaeque in meum Notarum libellum transferrem.

Particulas ex Apollodoro, alteram, Argonautica, (ab I, 9, 16.) alteram, Thebaica (a III, 5, 7.) insertas vidi libello 1588. Lipsiae a Mich. Neandro edito: inscriptus ille: *Argonautica, Thebaica, Troica, Ilias parua. Poematia graeca auctoris anonymi sed pereruditi — nuper admodum sublata et prolata e bibliothecâ summi et eruditi viri: —* quae nunc satis constat a Laur. Rhodomanno esse confecta, nec possum satis mirari, Neandrum fucum facere voluisse

DE APOLL. BIBLIOTHECA. XLVII

hominibus. Particulae istae Apollodoreae ad exemplar Aegianum expressae sunt, nullâ omnino crisi adhibitâ. Alio consilio particulas ex Apollodoro in tironum gratiam selectas edidit nuper in Chrestomathiâ suâ graecâ doctiss. Gedike. Etiam a Iac. Elsnero Apollodori bibliothecae nouam recensionem expectatam esse, e schedis Wolfianis biblioth. Hamburg. nuntiauit mihi Marc. Guill. Muller Subr. Gymn. Alton. vir doctiss.

Codices quidem adhibuerat *Aegius* plures; quid tamen cuique debuerit aut quae cuiusque esset auctoritas, pro more saeculi sui, non adscripsit, nec lectionem variantem nisi in locis paucis memorauit. Codicem potissimum sequutus esse videtur *Metellinum*, a Iano Metellio Sequano, cui Apollodorum quoque inscripsit, acceptum; sed saepe lectione eius appositâ adiicit: "et in aliis quos vidi;" tum in vertendo Apollodoro tribus se codd. vsurum esse ait; aliquo loco (ad p. 41. f.) quatuor exemplaria sibi videre licuisse profitetur. In his fuit *Codex Farnesianus* ex bibliothecâ Alexandri Farnesii Cardinalis, (v. ad p. 32, 2, 10. ad p. 46, 1, 15. ad p. 78, 1, 5). *Codex Io. Honorii*, (vt ad p. 10, 1, 14. 10, 2, 7.) qui tamen, si recte video, vnus idemque cum isto est *). *Codex Scipionis Tettii* Neapolitani (vt ad p. 41, 2, 25. 45, 1, 14.) descriptus ille ex *Rodulphi Cardinalis exemplari*. (v. ad p. 43, 2, 20. ad p. 83, 2, 14). *Commelinus* an ipse *codicem Palatinum* comparauerit, non inuenio; lectionem inde ad oram exemplaris ab eo enotatam editioni praemisit Bonutius: quoties alii codices laudantur, Aegii illi sunt. *Faber* nullum codicem scriptum habuit; Palatini lectionem saepe laudat, sed ex edit. Commelinianâ. Memorat idem versionem gallicam, et reprehendit eius peccata; facta illa est a Passeratio parum docte. *Gale* passim codices com-

*) Nam ad p. 36, 2, 5. "Μίνωι" legitur ex codice Farnesiano manuscripto, Ioannis Honorii, βιβλιογράφων Graecorum voluminum multo omnium qui fuere, quippe nunc sunt, et qui post aliis erunt in annis, eminentissimi."

memorat; ipse nullam, nisi, ut diximus, *Oxonienſis* varietatem habuit; fuit autem hic, quantum aſſequi licet, ex Palatino transcriptus.

x Cum Palatino omnino ceteri codices in vitiis manifeſtis ita conveniunt, tam corruptelis, quam lacunis et hiatibus, atque etiam interpolationibus e margine in verba ſcriptoris illatis, ut aut ex eo deſcripti, aut cum ipſo ex alio eodemque codice repetiti eſſe videantur; vix una alteraque ſatis memorabilis varietas repetitur, varietas vero lectionis fere omnis aberrationibus indoctiſſimorum hominum, qui litterarum compendia aſſequi non potuerant, conſiſtit; ut manifeſtum fiat, exemplar illud, quod pro fonte fuit, iam ſeriore aetate, cum litterarum compendiis dudum contaminata eſſet ſcriptura, fuiſſe exaratum; agnoſco tamen aberrationes primi et ſecundi gradus, hoc eſt alios, in quibus omnes plerumque conſentiunt, alios in quibus in varias partes diſcedunt: ut probabile fiat, illa menda antiquioribus apographis inſediſſe, e quibus profecta ſunt haec, quae adhuc in
x notitiam noſtram venerunt. Nec tamen deſunt codices nondum inſpecti. Gale laudabat cod. quos ſervant bibliothecae Venetae, Florentinae, Palatina, Altempſiana, Montchaſiana, Gallicana regia, Oxoniienſis.

Contigit mihi quidem, ut ex parte horum codicum variam lectionem nanciſcerer. Quod enim iam in praefatione ad Apollodori Graeca expoſui, ex venditione publicae bibliothecae Burmanni ſecundi peruenere in Bibliothecam noſtram Academicam aliquot exemplaria Apollodori variis lectionibus mſſ., ut ferebatur, inſtructa. Erant ea primum editio Salmurienſis *Matthaei Sladi* manu notata, qui Fabri correctiones, quas is calci adiecit, ad marginem appinxerat; altera Commeliniana, cum emendationibus *Iani Palmerii* e libro eius, cuius margini adſcriptae erant, deſcriptis; eadem, nec integrae, repetitae erant in alio exemplari Salmurienſi; tertia Galeana, cum varia lectione *codicis Dorvilliani* diligenter exſcripta: qui

DE APOLL. BIBLIOTHECA. XLIX

Palatini codicis meo iudicio habendum est apographum, sed a valde indocto librario confectum. Mox memorabilis exempli humanitas Illustris Viri, *Philippi van Swinden*, apparatus variae lectionis a fratre desideratissimo Gerardo Iacobo olim in Apollodorum conquistum *) ad me transmissit, curâ *Ruhnkenii*, Viri amicissimi. Non potui mihi temperare, quominus hanc Generosissimi viri liberalitatem, iam olim commemoratam, nunc iterum memorarem; nunquam enim non iucunda est memoria eorum, quae grato quis animo recordatur. Est autem in hoc apparatu varietas lectionis e *codice Palatino*, nunc biblioth. Vaticanae n. 52. quae saltem vtilitatem habebat ad Commeliniana excerpta eiusdem codicis comparanda et emendanda: alia e *codice Vaticano* n. 1071. tertia e *codice bibliothecae Laurentianae Mediceae* **); omnes tres ad editionem Romanam comparatione factâ, haec quidem vltima parum diligenter, vt et alia e *codice Vesuntino*, et e *binis*, ex eodem forte apographo descriptis *codd. bibliothecae Regiae Parisinae* n. 2208. et 2662 ***), illa ad edit. Commelin.

*) cf. Nov. Miscell. Obsl. Tom. III. p. 42 sq. Haeserat hic apparatus Swindenianus primum Parisiis in *Bozii*, post in Baronis *de Sainte-Croix*, et *Villoisoni*, bibliothecâ, vnde tandem a *Wittenbachio*, amantissimo viro, Parisiis agente, fuit ad Batauos reportatus. Expectabat ornatiss. iuuenis codicis *Gudian* lectionem. Memoratur scilicet in Catalogo *Gudiano* p. 513. exemplar Salmuriense collatum cum binis mss. Vaticanis; quod tamen nec *Vimarinae* nec *Guelpherbyti* in bibliothecis reperiri mihi nuntiatum est. Nec lectio illa, vt opinor, alia esse potest quam Palatini et Vatic. codicis, quae iam in apparatu nostro habetur.

***) De eo *Banduri* Catal. Biblioth. mss. Gr. T. II. p. 618. pauca habet; esse chartaceum et Seculi XV. nec librorum distinctiones reperiri.

****) In Catalogo Mss. bibl. reg. Paris. recensentur quatuor codd. *Apollodori* sub numeris 1653. 1658. (est is qui mihi tertius) 2722. qui tantum fragmentum habet, et 2967. hic postremus, et primus debent esse illi, quos primum et secundum appellauit.

hae ad Londinensem institutâ comparatione. Quantum ex his profecerit Apollodori lectio, aliis potius aestimandum relinquo quam vt ipse pronuntiem.

Nuntiaueram *Brunkio* me Apollodorum iterum prelo subiecisse. Tum vir praestantissimus, inflammatus litterarum Graecarum ornandarum studio, quae ei plus quam vlli alii per Germaniam et Galliam debent, e bibliothecâ Regiâ Parisiensi codices Apollodori numero tres ad se missos excutere coepit; cum vero audisset, duorum lectionem me iam in apparatu habere, viro doctissimo et amicissimo *Io. Schweighäuser*, Professore Acad. Argentinenf. mandauit, vt is tertium codicem n. 1658. quem antea 2663. fuisse audio, in vsum meum conferret: quod is fecit summâ cum curâ et diligentia; atque haec lectio trium codicum diligentissime comparatorum, Palatini, Doruilliani, Regii tertii, semper et vbique fere conspirans in vitis scripturae et librorum seu incuriâ seu incitiâ, iubet me opinari, etiam reliquos codices, si minima quaeque inde enotata essent, in iisdem esse conspiraturos, cum in grauioribus omnes inter se conueniant.

In tantâ variae lectionis farragine in iis locis et verbis, in quibus nihil desiderabam, valde copiosâ parum tamen auxilii esse videbam ad innumera loca, quae medelam requirebant. Spes opis maior erat partim ex *Grammaticis* in scholiis ad poetas et e scriptoribus reliquis mythologicis, partim ex *virorum doctorum correctionibus* aliis libris passim adspersis. Cum mihi, ex quo tempore ad litteras has docendas vocatus sum, nunquam obtigerit tantum otii, vt in aduersaria aliquid referre possem; alterâ ex parte, quo sum ingenio, impar sim taedio ferendo in euoluendis et enotandis aliorum coniecturis: pergratum mihi accidit, cum nuntiatum esset a viro optimo *Kuhnkenio*, se missurum esse schedas cum variis eiusmodi locis enotatis, tum *Palmerii*, quas iam supra commemorauî, et *Ioſ. Scaligeri* notulas; missa etiam *Brunkii* humanitate alia loca recen-

tiorem criticorum enotata *). Inspectis tamen schedis maiorem partem videbam contineri correctionibus eiusmodi, quae unicuique non profus graece indocto in oculos incurrunt, et legenti se obtrudunt, in iis autem, in quibus haerere ipse, destituere me aliorum quoque acumen; iis itaque omissis ad veteres Grammaticos confugere satius habui; et horum lectionis, fateor, me Apollodori causa non poenitet; obseruavi enim plurima huic scriptori seu emendando seu illustrando salubria imprimis in Scholiis Lycophronis, Homeri, Euripidis, Sophoclis, Pindari, Apollonii, Dionysii Periegetae, alia in Zenobio, Tzetza, aliis; etsi saepe difficilis deliberatio erat et intentiore cura res indigebat, ubi discernere vellem ea, quae Apollodoreis admixta erant aliena in iis ipsis locis, quae manifestum erat ex Apollodoro esse descripta; quae si quis admittere velit, posset ille scriptorem interpolatione ita diffingere, ut in ipso Apollodoro Apollodorum quaereremus. Tum vero Pausaniam, Diodorum, Eratosthenem, et hoc genus scriptores comparavi, partim ex pristina lectione, partim singula capita inspiciendo; nam Hesiodum, Homerum, Apollonium et id genus alios sic satis memoria tenebam. Ad ea quae ex hac lectione enotaueram, comparavi deinde virorum doctorum enotata; quaeque ab iis occupata videbam, libenter unicuique remisi et sub eius nomine adscripti. Cum hoc ipso tempore prodisset Eudocia, multa in eius Ionia expectabam ad mythos veteres spectantia. Sed vix ulla spes fuit fallacior. Nihil omnino in illa reperi quod

*) Cum in priore editione praelum iam in extremis paginis sudaret, perlatae ad me erant Amstelredamo, serius, quam curatum fuerat a Viro doctissimo et clarissimo *Henrico Verheyk*, annotationes in margine trium exemplarium adscriptae, partim ipsius viri humanissimi manu; partim ab Henninio et ab Is. Toussaint profectae; quarum ne fructus, nec praeclarae benevolentiae memoria, intercideret, adiciebam ea tum ad calcem enotata, etsi pleraque siue ab aliis, siue a me occupata; eadem nunc suis passim locis inferenda Var. Lect. curavi.

non aliunde notum esset; Apollodorum ipsam illa ne inspexisse quidem videri potest, sed quae ex eo reperiuntur in Ioniâ, ex Grammaticis fluxere, quos illa exscripsit; nam omnis eius opera intra eosdem fere auctores substitit, quos Eustathius ad Homerum et Periegeten manibus versauit; ut appareat, binis saeculis, quae fuere XI. et XII. a C. N. intra C. fere annos, cum illâ feminâ duo alios, Tzetzam et Eustathium, (nec forte multum antecessit eam aetatem Etymologus M. cum Suidâ) in idem studium conuenisse, ut e Grammaticis, quales tum haberentur, novos libros concinnarent. Eudocia utique praeter Scholia Homeri, Hesiodi, Apollonii, Lycophronis, Sophoclis, tum Palaephatum, Eratosthenem, vix alium quemquam nisi seriores, sequuta est; in fabulis utique; nam in aliis Diogenem Laertium, et eosdem quos Suidas exscripsit, ante oculos habuit. Nec melioribus codicibus, quam nos nunc habemus, illam vlllo in loco, quem quidem inspexi, usam vidi, plerumque multo deterioribus. Omnino hoc tempore vix adhuc extabant antiquiores illi scriptores Graeci, dudum iam tum deperditi. Quod si passim eorum nomina laudantur, hoc fit ex aliis Grammaticorum et scriptorum locis, qui illos inspexerant. Ita multi laudantur ab Eustathio, quos ille profecto non vidit. Tzetzae autem vanitas nomina excitat, quae non nisi fando audire potuit; v. c. ad Lycophr. v. 177. p. 26. Inspiciat aliquis Indicem in Chiliades apud Fabric. Bibl. Gr. T. X. Simili modo cumulant nomina Io. Malala, Cedrenus, ita e Latinis Fulgentius.

Cum a me tamen omnia haec peragenda essent inter-cise, per multorum interdum mensium interualla, pleraque raptim et tumultuarie, muneris et officii curis vndique affilientibus, fieri potuit ac debuit, ut multa animo exciderent iam inchoata, utque multa reliquerim aliis perficienda, expolienda et forte emendanda: in tantâ inprimis, eaque fere incredibili, rerum varietate, quae in hoc exiguo libello comprehensae sunt. Saepe enim, etsi oratio Apollodori parum elaborata mihi esse visa est, hoc tamen mira-

tus sum, quantâ cum breuitate ille ingentem fabularum numerum strictim exposuerit.

Iam commentandi in Apollodorum via ea iniri poterat, ut quis non tam scriptorem quam ipsas fabulas illustraret et exponeret: ita sane opus condi poterat, quod omnem mythologiae orbem complecteretur. Hanc fere viam iniisse arbitror *Bachelum Meziriacum*, quem commentarios doctissimos et copiosissimos in Apollodorum parasse cum ab ipso (ad Ovid. *Heroid.* p. 454. II. p. 151.) tum ab aliis narratum est. Simile fuit Tan. *Fabri* studium (in *Notulis* eius p. 259.) nec non *Bignoni*, clarissimi illius Bibliothecae Regiae Paris. praefecti *). Volebat quoque doctissimus iuuenis, *Ger. Iac. van Swinden*, quem supra honoris causa nominavi, paullo latius in omnem historiam fabulosam euagari, id quod ex specimine in *Nouis Miscell. Obss.* (T. III. p. 37 sq.) intelligitur. Id vero si sequi vellem, facile intelligebam, me ab eo, quod ab initio propositum erat, ut libellus in manus cupidae iuuentutis perueniret, quo poeticae veteris doctrinae studium inter nos reuiuisceret, prorsus aberrare et deflectere. Si volebam et iuuentuti et iis qui eos erudiunt, consulere, ut iis esset libellus paratu facilis, qui non modo praelegeretur, verum quem consulere etiam possent, quoties in poetis, imprimis Graecis et tragicis, in fabulam inciderent non satis notam: videbam mihi agendum esse maxime hoc, primum ut, cum semel ad codicum lectionem, sed quantum liceret, emendatam, extritis Aegii emblematis, Apollodorum reuocare constituerem, lectionis seu restitutae seu intactae relictæ rationem redderem, utque nec apparatus critici, quandoquidem eum bona aliqua fortuna in manus tradiderat, male neglecti reus agerer; altero loco Apollodoreae narrationis auctoritas erat constituenda, et diligenter dispiendum, vnde sua petierit ille, aut quâ fide, quâ aucto-

*) v. Elogium eius in *Hist. de l'Acad. des Inscript.* T. XVI. P. 337.

ritate, ea, quae non vulgaria sunt, aut in quibus ab aliis discedit, tradiderit; quae cyclicis et epicis, aut quae tragicis essent propiora; tandem illustranda ea, quae essent aut in verbis aut in rebus, seu brevitatis studio seu orationis corruptelâ, obscuriora. Haec si essem persequutus; videri poteram boni interpretis officio sic satis esse defunctus. Brevitatis studium in his omnibus debebat esse summum. Ornatum et copiam orationis hoc genus commentandi omnino respuit; nam iucunditatem et amoenitatem habere potest nullam; satis est succincte et strictim, modo perspicue, singula persequi. Quod consilium in commentando sequutus sim, apposui tanto lubentius, quo saepius vulgo in scriptoribus edendis certum aliquod consilium, quod editores sibi proposuerint, desidero. Ita illi sequuntur fere exempla aliorum, parum cogitatione defixi in id, quod in eo, quem tractant, scriptore maxime factu opus sit; ut locum fere habeat illud Apuleii: *videmus plerosque, qui non suapte corde, sed alterius verbo reguntur; qui ex angiportu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, et, ut ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant.* Inter haec tamen sentiebam, saepe fore ut in manum sumant libellum viri docti cum expectatione disertioris expositionis alicuius fabulae, imprimis in enarratione Apollodori ipsâ; quâ in re, etsi bene sensi quanto difficilius sit, si cum consilio agas, multa omittere, quam apponere, ita tamen satisfaciendum multorum votis esse putavi, ut loca classica ac primaria, aut quae pro fontibus esse possent, breviter designarem. Atque hactenus spero me consequutum esse hoc, ut, si quis in Latinis Ovidio (ex quo raro adscripsi loca, quia satis nota sunt, saltem ad inveniendum facilia) instructus sit, et, si fieri potest, Hygino, in Graecis, Apollodori copiis sit onustus, sic satis viatici et instrumenti habiturus esse videri debeat ad iter per graecas litteras emetiendum. Poterit forte alius quisque pro se has ipsas opes locupletare; affatim enim est, unde loculos replere vnus quisque possit; et


id velim consilium viros doctos sequi, quod saepe in votis habui, vt in auctoribus classicis edendis et illustrandis non tam moueant ea, quae semel bene constituta sunt; nullo alio cum fructu, quam vt alius nouâ editione ea iterum in pristinum locum restituat; quam vt editioni cuiusque scriptoris probatissimae repetitae addat quisque de suis ea, quae in illâ, vt vsibus ac votis omnibus satisfiat, desiderari perspexerit; poterunt ita, vt in alios, sic in Apollodorum, retractari mea, suppleri ab aliis ac perfici, quo eo tandem perueniatur, vt editio huius scriptoris prodeat quae consiliis communibus et vsibus idoneis respondeat. Mihi quidem hoc tanquam sorte aliquâ datum, vt inchoare quidem liceat nonnulla, perficere nihil, tametsi animo habeam tanquam informam speciem praeclarae alicuius operae, quae in vnâ vel alterâ re cum fructu et cum laude poni possit. Ceterum ad Romanos poetas comparandos descendere nunc non debebam, multo minus ad fucum, quo seriores poetae fabulas veteres incrustarunt. Alienum quoque erat, vbi ab ingenio meo, ita a consilio, cumulare loca scriptorum, in quibus nihil aliud reperias, quam quod eandem rem et ipsi meminerint; quo quidem genere eruditionis nihil esse potest ieiunius, nihil molestius. Super iis, quae iam satis vulgata, aut ab aliis curiosius tractata sunt, satis mihi esse visum est remittere ad Interpretes Hygini, Ovidii, Antonini Liberalis et sic porro: cui libuerit, adeundi ita copia data est. Non diffiteor saepe me et refrixisse studio et viribus defecisse, nec ybique obscurae huius et improbae diligentiae taedium pertulisse: cum modo in librariorum mendis tollendis, modo in mythologorum dissensu inprimis in stirpibus et profapiis, tam multa, eaque tam tenuia et ieiuna, quae haud raro stomachum mouerunt, minutatim essent persequenda. Quam parum enim omnia haec ad recte viuendum facerent, bene sentiebam, et saepe in animum veniebat illud, quod e Scholiis ad Sophoclem memineram: *non esse minutiis his immorandum grauiori-*

*bus omiſſis; eſſe autem grauiora magisque neceſſaria ea, quae animum locupletare et mores emendare poſſint *)*. Praeclara profecto vox; quam philoſopho, non grammatico, dignam dicerem: niſi et huic in ſuis litteris eſſe philoſophandum, illum in permultis ſine grammaticâ recte philoſophari non poſſe, bene noſſem! Nec me fugiunt illa quae paſſim apud Sextum et Senecam in grammaticos dicta ſunt. Enimuero habet hoc critica et philologia commune cum aliis ſtudiis omnibus, vt a rebus tenuibus et, ſingulatim per ſe ſi conſideres, minutis procedendum ſit, ſi ad maiora peruenire velis, vtque nulla eſſe poſſit doctrina paullo ſubtilior et recte inſtructa, niſi quae in minimis non trepidet: expeditis enim iis, quae in verbis morari poſſunt, liberior euolat animus, vbi ad ipſas res ſe conuerterit. Hoc idem in mythis veterum locum habere vidi: eâque viâ ſenſi eo me perueniſſe, vt de mythorum ſenſu et ratione interdum iudicare poſſem rectius quam a multis factum erat. Nec ſane per dumeta haec et virgulta ſemel ereptaſſe infructuoſum eſſe poſteſt: etſi nolim in iis quemquam ſedem fortunarum et habitationem figere. Etenim in rerum vel maxime tenuium et ieianarum tractatione occurrunt nonnulla, quae ad grauiora ducunt: modo ingenium et doctrinam adhibueris. *In eodem prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconia lacertum **).*

Scr. Menſ. Vernis a. cIcIcCCLXXXIII.

*) Schol. Soph. Electr. 541. vbi tragicus Menelao duo filios obtrudit pro vno apud Homërum, οὐ περὶ μεγάλων, inquit ille, αἱ τῶν αὐτῶν διαφρονίαι τοῖς ποιήμασιν. ὥστε οὐ πάνυ δεῖ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐνοχλεῖν, ἀφεμένους τῶν ἀναγκαιοτέρων, ἄπερ παρκτηρεῖν ἐχρῆν. ταῦτα δὲ ἐστὶ τὰ ἠθικὰ καὶ χρῆσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι.

**) Seneca Ep. CVIII.



ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

Ἀπολλοδώρου τοῦ Ἀθηναίου Γραμματικοῦ Βιβλιοθήκη.
Ita in scriptis libris inscribitur libellus: (cf. Gale diff.
p. 35) nisi quod τοῦ ante Ἀθηναίου plerumque abest.
Apud Grammaticos laudatur, vel Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ βι-
βλιοθήκῃ ap. Schol. Soph. Antig. 992. vel Ἀπολλόδωρος
simpliciter, vel Ἀπολλόδωρος ἐν α΄. β΄. γ΄. In Scholiis
ad Π. α, 42, ubi de Danaï fugâ ex Aegypto: (v. inf.
Π, 1, 4.) ἱστορεῖ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ. ad Π. β, 103.

memorat; ipse nullam, nisi, ut diximus, *Oxonienſis* varietatem habuit; fuit autem hic, quantum aſſequi licet, ex Palatino transcriptus.

x Cum Palatino omnino ceteri codices in vitiis manifeſtis ita conveniunt, tam corruptelis, quam lacunis et hiatibus, atque etiam interpolationibus e margine in verba ſcriptoris illatis, ut aut ex eo deſcripti, aut cum ipſo ex alio eodemque codice repetiti eſſe videantur; vix una alteraque ſatis memorabilis varietas repetitur, varietas vero lectionis fere omnis aberrationibus indociffimorum hominum, qui litterarum compendia aſſequi non potuerant, conſiſtit; ut manifeſtum fiat, exemplar illud, quod pro fonte fuit, iam ſeriore aetate, cum litterarum compendiis dudum contaminata eſſet ſcriptura, fuiſſe exaratum; agnoſco tamen aberrationes primi et ſecundi gradus, hoc eſt alios, in quibus omnes plerumque conſentiunt, alios in quibus in varias partes diſcedunt: ut probabile fiat, illa menda antiquioribus apographis inſediſſe, e quibus profecta ſunt haec, quae adhuc in notitiam noſtram venerunt. Nec tamen deſunt codices nondum inſpecti. Gale laudabat cod. quos ſervant bibliothecae Venetae, Florentinae, Palatina, Altempſiana, Montchaliana, Gallicana regia, Oxonienſis.

Contigit mihi quidem, ut ex parte horum codicum variam lectionem nanciſcerer. Quod enim iam in praefatione ad Apollodori Graeca expoſui, ex venditione publicae bibliothecae Burmanni ſecundi peruenere in Bibliothecam noſtram Academicam aliquot exemplaria Apollodori variis lectionibus mſſ., ut ferebatur, inſtructa. Erant ea primum editio Salmurienſis *Matthaei Sladi* manu notata, qui Fabri correctiones, quas is calci adiecit, ad marginem appinxerat; altera Commeliniana, cum emendationibus *Iani Palmerii* e libro eius, cuius margini adſcriptae erant, deſcriptis; eadem, nec integrae, repetitae erant in alio exemplari Salmurienſi; tertia Galeana, cum varia lectione *codicis Dorvilliani* diligenter exſcripta: qui

DE APOLL. BIBLIOTHECA. XLIX

Palatini codicis meo iudicio habendum est apographum, sed a valde indocto librario confectum. Mox memorabilis exempli humanitas Illustris Viri, *Philippi van Swinden*, apparatus variae lectionis a fratre desideratissimo Gerardo Iacobo olim in Apollodorum conquistum *) ad me transmittit, curâ *Ruhnkenii*, Viri amicissimi. Non potui mihi temperare, quominus hanc Generosissimi viri liberalitatem, iam olim commemoratam, nunc iterum memorarem; nunquam enim non iucunda est memoria eorum, quae grato quis animo recordatur. Est autem in hoc apparatu varietas lectionis e *codice Palatino*, nunc biblioth. Vaticanae n. 52. quae saltem vtilitatem habebat ad Commeliniana excerpta eiusdem codicis comparanda et emendanda: alia e *codice Vaticano* n. 1071. tertia e *codice bibliothecae Laurentianae Mediceae* **); omnes tres ad editionem Romanam comparatione factâ, haec quidem vltima parum diligenter, vt et alia e *codice Vesuntino*, et e *binis*, ex eodem forte apographo descriptis *codd. bibliothecae Regiae Parisinae* n. 2208. et 2662 ***), illa ad edit. Commelin.

*) cf. Nov. Miscell. Obsl. Tom. III. p. 42 sq. Haeserat hic apparatus Swindenianus primum Parisiis in *Bozii*, post in *Baronis de Sainte-Croix*, et *Villoisoni*, bibliothecâ, vnde tandem a *Wittenbachio*, amantissimo viro, Parisiis agente, fuit ad Batauos reportatus. Expectabat ornatiss. iuuenis codicis *Gudian* lectionem. Memoratur scilicet in Catalogo *Gudiano* p. 513. exemplar Salmurienſe collatum cum binis mss. Vaticanis; quod tamen nec *Vimar*iae nec *Guelpherbyti* in bibliothecis reperiri mihi nuntiatum est. Nec lectio illa, vt opinor, alia esse potest quam Palatini et Vatic. codicis, quae iam in apparatu nostro habetur.

***) De eo *Banduri* Catal. Biblioth. mss. Gr. T. II. p. 618. pauca habet; esse chartaceum et Seculi XV. nec librorum distinctiones reperiri.

***)) In Catalogo Mss. bibl. reg. Paris. recensentur quatuor codd. Apollodori sub numeris 1653. 1658. (est is qui mihi tertius) 2722. qui tantum fragmentum habet, et 2967. hic postremus et primus debent esse illi, quos primum et secundum appellavi.

hae ad Londinensem institutâ comparatione. Quantum ex his profecerit Apollodori lectio, aliis potius aestimandum relinquo quam vt ipse pronuntiem.

Nuntiaueram *Brunkio* me Apollodorum iterum prelo subiecisse. Tum vir praestantissimus, inflammatus litterarum Graecarum ornandarum studio, quae ei plus quam vlli alii per Germaniam et Galliam debent, e bibliothecâ Regiâ Parisiensi codices Apollodori numero tres ad se missos excutere coepit; cum vero audisset, duorum lectionem me iam in apparatu habere, viro doctissimo et amicissimo *Io. Schweighäuser*, Professori Acad. Argentinenf. mandauit, vt is tertium codicem n. 1658. quem antea 2663. fuisse audio, in vsum meum conferret: quod is fecit summâ cum curâ et diligentia; atque haec lectio trium codicum diligentissime comparatorum, Palatini, Doruilliani, Regii tertii, semper et vbique fere conspirans in vitis scripturae et librariorum seu incuriâ seu incitiâ, iubet me opinari, etiam reliquos codices, si minima quaeque inde enotata essent, in iisdem esse conspiraturos, cum in grauioribus omnes inter se conueniant.

In tantâ variae lectionis farragine in iis locis et verbis, in quibus nihil desiderabam, valde copiosâ parum tamen auxilii esse videbam ad innumera loca, quae medelam requirebant. Spes opis maior erat partim ex *Grammaticis* in scholiis ad poetas et e scriptoribus reliquis mythologicis, partim ex *virorum doctorum correctionibus* aliis libris passim adpersis. Cum mihi, ex quo tempore ad litteras has docendas vocatus sum, nunquam obtigerit tantum otii, vt in aduersaria aliquid referre possem; alterâ ex parte, quo sum ingenio, impar sim taedio ferendo in euoluendis et enotandis aliorum coniecturis: pergratum mihi accidit, cum nuntiatum esset a viro optimo *Kuhnkenio*, se missurum esse schedas cum variis eiusmodi locis enotatis, tum *Palmerii*, quas iam supra commemorauî, et *Ioſ. Scaligeri* notulas; missa etiam *Brunkii* humanitate alia loca recen-

tiorum criticorum enotata *). Inspectis tamen schedis maiorem partem videbam contineri correctionibus eiusmodi, quae unicuique non profus graece indocto in oculos incurrunt, et legenti se obtrudunt, in iis autem, in quibus haererem ipse, destituere me aliorum quoque acumen; iis itaque omissis ad veteres Grammaticos confugere satius habui; et horum lectionis, fateor, me Apollodori causa non poenitet; obseruavi enim plurima huic scriptori seu emendando seu illustrando salubria imprimis in Scholiis Lycophronis, Homeri, Euripidis, Sophoclis, Pindari, Apollonii, Dionysii Periegetae, alia in Zenobio, Tzetza, aliis; etsi saepe difficilis deliberatio erat et intentiore cura res indigebat, ubi discernere vellem ea, quae Apollodoreis admixta erant aliena in iis ipsis locis, quae manifestum erat ex Apollodoro esse descripta; quae si quis admittere velit, posset ille scriptorem interpolatione ita diffingere, ut in ipso Apollodoro Apollodorum quaereremus. Tum vero Pausaniam, Diodorum, Eratosthenem, et hoc genus scriptores comparavi, partim ex pristina lectione, partim singula capita inspiciendo; nam Hesiodum, Homerum, Apollonium et id genus alios sic satis memoria tenebam. Ad ea quae ex hac lectione enotaueram, comparavi deinde virorum doctorum enotata; quaeque ab iis occupata videbam, libenter unicuique remisi et sub eius nomine adscripsi. Cum hoc ipso tempore prodisset Eudocia, multa in eius Ionia expectabam ad mythos veteres spectantia. Sed vix vlla spes fuit fallacior. Nihil omnino in illa reperi quod

*) Cum in priore editione praelum iam in extremis paginis sudaret, perlatae ad me erant Amstelaedamo, serius, quam curatum fuerat a Viro doctissimo et clarissimo *Henrico Verheyk*, annotationes in margine trium exemplarium adscriptae, partim ipsius viri humanissimi manu, partim ab Henninio et ab Is. Toussaint profectae; quarum ne fructus, nec praeclarae benevolentiae memoria, intercideret, adiciebam ea tum ad calcem enotata, etsi pleraque siue ab aliis, siue a me occupata; eadem nunc suis passim locis inserenda Var. Lect. curavi.

non aliunde notum esset; Apollodorum ipsum illa ne inspexisse quidem videri potest, sed quae ex eo reperiuntur in Ioniâ, ex Grammaticis fluxere, quos illa exscripsit; nam omnis eius opera intra eosdem fere auctores substitit, quos Eustathius ad Homerum et Periegeten manibus versauit; ut appareat, binis saeculis, quae fuere XI. et XII. a C. N. intra C. fere annos, cum illâ feminâ duo alios, Tzetzam et Eustathium, (nec forte multum antecessit eam aetatem Etymologus M. cum Suidâ) in idem studium conuenisse, ut e Grammaticis, quales tum haberentur, novos libros concinnarent. Eudocia utique praeter Scholia Homeri, Hesiodi, Apollonii, Lycophronis, Sophoclis, tum Palaephatum, Eratosthenem, vix alium quemquam nisi seriores, sequuta est; in fabulis utique; nam in aliis Diogenem Laertium, et eosdem quos Suidas exscripsit, ante oculos habuit. Nec melioribus codicibus, quam nos nunc habemus, illam villo in loco, quem quidem inspexi, usam vidi, plerumque multo deterioribus. Omnino hoc tempore vix adhuc extabant antiquiores illi scriptores Graeci, dudum iam tum deperditi. Quod si passim eorum nomina laudantur, hoc fit ex aliis Grammaticorum et scriptorum locis, qui illos inspexerant. Ita multi laudantur ab Eustathio, quos ille profecto non vidit. Tzetzae autem vanitas nomina excitat, quae non nisi fando audire potuit; v. c. ad Lycophr. v. 177. p. 26. Inspiciat aliquis Indicem in Chiliades apud Fabric. Bibl. Gr. T. X. Simili modo cumulant nomina Io. Malala, Cedrenus, ita e Latinis Fulgentius.

Cum a me tamen omnia haec peragenda essent inter cise, per multorum interdum mensium interualla, pleraque raptim et tumultuarie, muneris et officii curis vndique affilientibus, fieri potuit ac debuit, ut multa animo exciderent iam inchoata, utque multa reliquerim aliis perficienda, expolienda et forte emendanda: in tantâ inprimis, eaque fere incredibili, rerum varietate, quae in hoc exiguo libello comprehensae sunt. Saepe enim, etsi oratio Apollodori parum elaborata mihi esse visa est, hoc tamen mira-

tus sum, quantâ cum breuitate ille ingentem fabularum numerum strictim exposuerit.

Iam commentandi in Apollodorum via ea iniri poterat, ut quis non tam scriptorem quam ipsas fabulas illustraret et exponeret: ita sane opus condi poterat, quod omnem mythologiae orbem complecteretur. Hanc fere viam iniisse arbitror *Bachetum Meziriacum*, quem commentarios doctissimos et copiosissimos in Apollodorum parasse cum ab ipso (ad Ovid. Heroid. p. 454. II. p. 151.) tum ab aliis narratum est. Simile fuit Tan. *Fabri* studium (in Notulis eius p. 259.) nec non *Bignoni*, clarissimi illius Bibliothecae Regiae Paris. praefecti *). Volebat quoque doctissimus iuuenis, *Ger. Iac. van Swinden*, quem supra honoris causâ nominavi, paullo latius in omnem historiam fabulosam euagari, id quod ex specimine in *Nouis Miscell. Obss.* (T. III. p. 37 sq.) intelligitur. Id vero si sequi vellem, facile intelligebam, me ab eo, quod ab initio propositum erat, ut libellus in manus cupidae iuuentutis perueniret, quo poeticae veteris doctrinae studium inter nos reuiuisceret, prorsus aberrare et deflectere. Si volebam et iuuentuti et iis qui eos erudiunt, consulere, ut iis esset libellus paratu facilis, qui non modo praelegeretur, verum quem consulere etiam possent, quoties in poetis, inprimis Graecis et tragicis, in fabulam inciderent non satis notam: videbam mihi agendum esse maxime hoc, primum ut, cum semel ad codicum lectionem, sed quantum liceret, emendatam, extritis Aegii emblematis, Apollodorum reuocare constituerem, lectionis seu restitutae seu intactae relictæ rationem redderem, utque nec apparatus critici, quandoquidem eum bona aliqua fortuna in manus tradiderat, male neglecti reus agerer; altero loco Apollodoreae narrationis auctoritas erat constituenda, et diligenter dispicendum, vnde sua petierit ille, aut quâ fide, quâ aucto-

*) v. Elogium eius in *Hist. de l'Acad. des Inscript.* T. XVI. p. 337.

ritate, ea, quae non vulgaria sunt, aut in quibus ab aliis discedit, tradiderit; quae cyclicis et epicis, aut quae tragicis essent propiora; tandem illustranda ea, quae essent aut in verbis aut in rebus, seu brevitatis studio seu orationis corruptelâ, obscuriora. Haec si essem persequutus; videri poteram boni interpretis officio sic satis esse defunctus. Brevitatis studium in his omnibus debebat esse summum. Ornatum et copiam orationis hoc genus commentandi omnino respuit; nam iucunditatem et amoenitatem habere potest nullam; satis est succincte et strictim, modo perspicue, singula persequi. Quod consilium in commentando sequutus sim, apposui tanto lubentius, quo saepius vulgo in scriptoribus edendis certum aliquod consilium, quod editores sibi proposuerint, desidero. Ita illi sequuntur fere exempla aliorum, parum cogitatione defixi in id, quod in eo, quem tractant, scriptore maxime factu opus sit; ut locum fere habeat illud Apuleii; *videmus plerosque, qui non suapte corde, sed alterius verbo reguntur; qui ex angiportu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, et, ut ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant.* Inter haec tamen sentiebam, saepe fore ut in manum sumant libellum viri docti cum expectatione disertioris expositionis alicuius fabulae, imprimis in enarratione Apollodori ipsâ; quâ in re, etsi bene sensi quanto difficilius sit, si cum consilio agas, multa omittere, quam apponere, ita tamen satisfaciendum multorum votis esse putavi, ut loca classica ac primaria, aut quae pro fontibus esse possent, breuiter designarem. Atque hactenus spero me consequutum esse hoc, ut, si quis in Latinis Ovidio (ex quo raro adscripsi loca, quia satis nota sunt, saltem ad inveniendum facilia) instructus sit, et, si fieri potest, Hygino, in Graecis, Apollodori copiis sit onustus, sic satis viatici et instrumenti habiturus esse videri debeat ad iter per graecas litteras emetiendum. Poterit forte alius quisque pro se has ipsas opes locupletare; affatim enim est, vnde loculos replere vnus quisque possit; et


id velim consilium viros doctos sequi, quod saepe in votis habui, vt in auctoribus classicis edendis et illustrandis non tam moueant ea, quae semel bene constituta sunt; nullo alio cum fructu, quam vt alius nouâ editione ea iterum in pristinum locum restituat; quam vt editioni cuiusque scriptoris probatissimae repetitae addat quisque de suis ea, quae in illâ, vt vsibus ac votis omnibus latisfiat, desiderari perspexerit; poterunt ita, vt in alios, sic in Apollodorum, retractari mea, suppleri ab aliis ac perfici, quo eo tandem perueniatur, vt editio huius scriptoris prodeat quae consiliis communibus et vsibus idoneis respondeat. Mihi quidem hoc tanquam sorte aliquâ datum, vt inchoare quidem liceat nonnulla, perficere nihil, tametsi animo habeam tanquam informatam speciem praeclarae alicuius operae, quae in vnâ vel alterâ re cum fructu et cum laude poni possit. Ceterum ad Romanos poetas comparandos descendere nunc non debebam, multo minus ad fucum, quo seriores poetae fabulas veteres incrustarunt. Alienum quoque erat, vbi ab ingenio meo, ita a consilio, cumulare loca scriptorum, in quibus nihil aliud reperias, quam quod eandem rem et ipsi meminerint; quo quidem genere eruditionis nihil esse potest ieiunius, nihil molestius. Super iis, quae iam satis vulgata, aut ab aliis curiosius tractata sunt, satis mihi esse visum est remittere ad Interpretes Hygini, Ovidii, Antonini Liberalis et sic porro: cui libuerit, adeundi ita copia data est. Non diffiteor saepe me et refrixisse studio et viribus defecisse, nec ybique obscurae huius et improbae diligentiae taedium pertulisse: cum modo in librariorum mendis tollendis, modo in mythologorum dissensu inprimis in stirpibus et profapiis, tam multa, eaque tam tenuia et ieiuna, quae haud raro stomachum mouerunt, minutatim essent persequenda. Quam parum enim omnia haec ad recte viuendum facerent, bene sentiebam, et saepe in animum veniebat illud, quod e Scholiis ad Sophoclem memineram: *non esse minutiis his immorandum grauiori-*

bus omiſſis; eſſe autem grauiora magisque neceſſaria ea, quae animum locupletare et mores emendare poſſint *). Praeclara profecto vox; quam philoſopho, non grammatico, dignam dicerem: niſi et huic in ſuiſ litteris eſſe philoſophandum, illum in permultis ſine grammaticâ recte philoſophari non poſſe, bene noſſem! Nec me fugiunt illa quae paſſim apud Sextum et Senecam in grammaticos dicta ſunt. Enimuero habet hoc critica et philologia commune cum aliis ſtudiis omnibus, vt a rebus tenuibus et, ſingulatim per ſe ſi conſideres, minutis procedendum ſit, ſi ad maiora peruenire velis, vtque nulla eſſe poſſit doctrina paullo ſubtilior et recte inſtructa, niſi quae in minimis non trepidet: expeditis enim iis, quae in verbis morari poſſunt, liberior euolat animus, vbi ad ipſas res ſe conuerterit. Hoc idem in mythis veterum locum habere vidi: eâque viâ ſenſi eo me perueniſſe, vt de mythorum ſenſu et ratione interdum iudicare poſſem rectius quam a multis factum erat. Nec ſane per dumeta haec et virgulta ſemel ereptaſſe infructuoſum eſſe poteſt: etſi nolim in iis quemquam ſedem fortunarum et habitationem figere. Etenim in rerum vel maxime tenuium et ieiunarum tractatione occurrunt nonnulla, quae ad grauiora ducunt: modo ingenium et doctrinam adhibueris. *In eodem prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconia lacertum* **).

Scr. Menſ. Vernis a. cIcIocCLXXXIII.

*) Schol. Soph. Electr. 541. vbi tragicus Menelao duo filios obtrudit pro vno apud Homërum, οὐ περὶ μεγάλων, inquit ille, αἱ τοιαῦται διαφωνίαι τοῖς ποιήμασιν. ὥστε οὐ πάνυ δεῖ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐνοχλεῖν, ἀφεμένους τῶν ἀναγκαιότερων, ἅπερ παρρηρεῖν ἐχρῆν. ταῦτα δὲ ἐστὶ τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

***) Seneca Ep. CVIII.



ΑΠΟΛΛΩΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

Ἀπολλοδώρου τοῦ Ἀθηναίου Γραμματικοῦ Βιβλιοθήκη.
Ita in scriptis libris inscribitur libellus: (cf. Gale diff. p. 35) nisi quod τοῦ ante Ἀθηναίου plerumque abest. Apud Grammaticos laudatur, vel Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ ap. Schol. Soph. Antig. 992. vel Ἀπολλόδωρος simpliciter, vel Ἀπολλόδωρος ἐν α΄. β΄. γ΄. In Scholiis ad II. α, 42, vbi de Danaï fugâ ex Aegypto: (v. inf. II, 1, 4.) ἱστορεῖ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ. ad II. β, 103.

de Ius erroribus (v. II, 1, 3.) ἡ δὲ ἱστορία πλατύτερον
 κεῖται παρὰ Ἀπολλοδώρῳ ἐν τῷ α'. (τῷ α'.) Eadem Scholia
 ad β, 494. de Cadmo (v. III, 4, 1.) ἱστορεῖ Ἑλλάνικος
 ἐν Βοιωτικαῖς καὶ Ἀπολλόδωρος Βιβλ. γ'. κεφ. δ'. Sed
 vltima haec a feriore manu adiecta esse non dubito; et
 in Schol. mf. Leid. et al. legitur tantum Ἀ. ἐν τῷ γ'.
 Mirari licet, Grammaticos hanc dispartitionem in tres
 libros agnoscere, cum in Apollodori codd. nulla distinctio
 et partitio occurrat. Ea, quam nunc habemus, ab Aegio
 facta est; forte ad Grammaticorum ductum; poterat vtiq̄ue
 fieri subtilius. cf. Gale diff. p. 46. Ab hoc eodem viro
 docto, Galeo inquam, distinctio in capita et sectiones
 facta est, sed satis indiligenter: nihil tamen mutari, ne
 nouae turbae fierent; nisi quod minores distinctiones ad-
 ieci, et rerum argumenta inter se diuersa interuallis ver-
 suum relictis seiunxi.

Aegius, qui primus Romae 1555 hunc libellum vul-
 gavit, de suo adiecerat περὶ Θεῶν, libris duobus diuersis
 pro eodem perperam habitis. Eum refellit Gale diff.
 p. 35 sq. Vid. inf. fragm. librorum περὶ Θεῶν.

Γραμματικοῦ nomen, quod codd. exhibent, vindicat
 etiam Strabonis auctoritas lib. XIV. p. 976. D. (661.)
 et Photius p. 458. Ἀπολλοδώρου γραμματικοῦ βιβλιοθήριον
 ἀνεγνώσθη μοι. Βιβλιοθήκη αὐτῷ ἢ ἐπιγραφῆ.

Βιβλιοθήκη intell. μύθων, vel ἱστοριῶν, vt Diodori.

Οὐρανὸς πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου. CAP.
 γήμας δὲ Γῆν, ἐτέκνωσε πρώτους τοὺς Ἑκατόγ- I. f. 1.
 χειρας προσαγορευθέντας, Βριάρεων, Γύην, Κόττον,
 οἳ μεγέθει τε ἀνυπέμβλητοι καὶ δυνάμει καθε-
 στήκεσαν· χεῖρας μὲν, ἀνὰ ἑκατὸν, κεφαλὰς δὲ,
 ἀνὰ πενήκοντα ἔχοντες. Μετὰ τούτους δὲ αὐτῶ I. 2.
 τεκνοῖ Γῆ Κύκλωπας, Ἄργην, Στερόπην, Βρόν-

I, 1, 1. Coeli et Terrae progenies: Centimani. 2. Cyclopes.

VARIAE LECTIONES ET NOTAE CRITICAE.

I, 1, 1. Γύην iam ab Aegio excusum et per edd. propagatum retinui: quia proclivior lapsus ex hoc in Γύην, quem vnus Medic. offert, quam vice verſâ. Eadem varietas in aliis locis in hoc nomine, vt statim in Hesiodi Θ. 149. Notae sunt disputationes hâc de re Bentl. ad Horat. II. C. 17, 14. Heinf. ad Ovid. II. Am. 1, 12. Munk. et v. Stav. ad Hygin. p. 3. Κόττον vero mox sine dubitatione restitui ex Hesiodo v. 149. 617. 713. manifestum enim vitium, Κοῖον, erat, quod et Scholio Aeschyli Prom. 351. infidet.

I. 2. Αὐτῶ τεκνοῖ Γῆ verba haec vncinis incluseram,

cum e margine ea illata esse admodum probabile sit; nam totam orationem languidam et ignauam reddunt. Tum τεκνοῦν nunc de matre diceretur, quod paullo ante de patre erat dictum, et statim iterum diceretur, vti sollennis loquendi vsus fert. Et si vnum et alterum exemplum, in quo et mater τεκνοῖ, occurrere non negem; vnum apud nostrum, lib. III, 10, 1. de Alcyone: ἡ θυγατέρα μὲν ἐτέκνωσεν Αἴθουσαν. et Diodor. IV, 68. ἡ δὲ Τυρῶ — ἐτέκνωσεν Ἀμυθάουα. alia loca sunt ibid. IV, 72. III, 60. Lycophr. 962. ἡ δὲ δαιμονι — σκύλακα-τεκνοῖ. cf. Hesych. in τεκνοῦσα. Sic et

την, ὧν ἕκαστος εἶχεν ἓνα ὀφθαλμὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου. ἀλλὰ τούτους μὲν Οὐρανὸς δῆσας, εἰς Τάρταρον ἔρριψε. τόπος δὲ οὗτος ἐρεβώδης ἐστὶν ἐν ἄδου, τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ.

1. 3. Τεκνοῖ δὲ αὐθις ἐκ Γῆς παῖδας μὲν τοὺς Τιτᾶνας προσαγορευθέντας, Ὠκεανὸν, Κοῖον, Ὑπε-

I, 1, 3. Titanes.

τίκταιν, proprie de femina, et γεννᾶν, proprie de patre, tamen etiam promiscue occurrunt vsurpata; exempla congerere velle, otiosi hominis esset. Mox Ἄργην pro Ἄρην, vt ex libris legabatur, reponere minus dubitauī; est enim hoc nomen apud Hesiod. v. 140. idem fuit apud Pherecydem, vt ex Schol. Eurip. ad Alcest. pr. colligo. Eadem nomina Cycloporum memorat Eustath. p. 1622, 50. Ἄργος est ap. Athenag. l. c. Ἄρη — παρὰ Φερεκύδη εἰς τῶν Κυκλώπων. ap. Polluc. X, 139. qui in corruptum codicem incidisse videtur in quo ita scriptum pro Ἄργης. Steropes et Brontes fratres sunt ap. Schol. Aeschyl. Prom.

921. *Asteropen alii, Astero-raeum Euphorion ediderat ap. Schol. Nic. p. 17. „Ἡ Αἴτην ψολόεσαν ἐναύλιον Ἄστεροπαῖον. leg. ἐναυλίον τ' Ἄ.*

1. 3. Κροῖος, qui Hesiodo Κρεῖος Θ. 134. et 375. vbi editur Κρίω sed. v. Graev. ad h. l. Male apud Proclum Κροῖός. et apud Diod. V, 66. Κρεῖός scriptum. Sed recte Κρεῖος ab antiqua voce, a qua κρέων, κρείων ductum eum declarat, qui superior, potens est. At Κοῖος nunc bene memoratur, vt ap. Hesiod. l. c. et al. add. Sch. II. 3, 274. Coeus quoque ap. Virgilium G. 1, 279.

Θυγατέρας δὲ τὰς κληθεῖσας. Correxī δὲ pro τῆ; nam respondet istis: παῖδας μὲν

ρίονα, Κρόνον, Ἰαπετόν, καὶ νεώτατον ἀπάντων, Κρόνον. Τυγατέρας δὲ τὰς κληθεῖσας Τιτανίδας, Τηθύν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Διώνην, Θείαν.

Ἀγανακτοῦσα δὲ Γῆ ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν εἰς Γ. 4. Τάρταρον ῥιφθέντων παίδων, πείθει τοὺς Τιτᾶνας ἐπιθέσθαι τῷ πατρὶ, καὶ δίδωσιν ἀδαμαντίνην ἄρπην Κρόνω. οἱ δὲ, Ὠκεανοῦ χωρὶς, ἐπιτίθενται καὶ Κρόνος ἀποτέμνων τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς εἰς τὴν θάλασσαν ἀφίησιν. ἐκ δὲ τῶν σταλαγμῶν τοῦ ῥέοντος αἵματος Ἐριννύες ἐγένοντο, Ἀληκτῶ, Τι-

L. 1, 4. Coelus a Titanibus exfectus: Erinnyes prognatae. Cronus regnat.

τοὺς Τ. καὶ νεώτατον ἀπάντων Κρόνον: sic legitur ex Aegii emendatione. In scriptis vitiose: καὶ γενεώτατον, γενναϊότατον. Possis suspicari fuisse: καὶ γε νεώτατον. sed Apollodorus non ita loqui solet. Bis scriptum vel lectum fuerat νε. νε.

Γ. 4. τῶν εἰς Τ. ῥ. παίδων, Centimanorum et Cyclo-pum. Dedit autem Crono ἄρπην. int. enssem falcatum; cuius usus priscis temporibus frequentari debuit, nam in antiquissimis fabulis ubique ἄρπη memoratur, non hasta nec aliud telum. Per-

seum eo insigniri notum est. In Typhoeum Iupiter cum harpe insurgit inf. I, 6, 3. p. 22 ἀδαμαντίνη est antiqua vox ad duritiem denotandam; ergo ἀδάμας σίδηρος; serius lapis adamantini. Mox τοῦ ῥέοντος αἵματος pro ἀπορρέοντος, καταρρέοντος: forte hoc ipsum scriptum fuit. τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκβαλόντες (excidit f. αὐτόν;) τοὺς τε καταταρταρωθέντας. Videtur τε abesse posse; refertur tamen ad καὶ τὴν ἀρχὴν. τοὺς τε ταρταρωθέντας Vat. Med. Reg. 3, Dorv. ut saepissime in scriptis Apollodori excidit praepositio,

σιφόνη, Μέγαιρα. τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκβαλόντες, τοὺς τε καταταρταρωθέντας ἀνήγαγον ἀδελφοὺς, καὶ τὴν ἀρχὴν Κρόνῳ παρέδωκαν.

- 1.5. Ὁ δὲ τούτους μὲν τῷ Ταρτάρῳ πάλιν δῆσας καθεῖρξε. τὴν δὲ ἀδελφὴν Ῥέαν γήμας, ἐπειδὴ Γῆ τε καὶ Οὐρανὸς ἐθεσπιώδουν αὐτῷ, λέγοντες, ὑπὸ παιδὸς ἰδίου τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθήσεσθαι, κατέπιεν τὰ γεννώμενα. καὶ πρώτην μὲν γεννηθεῖσαν Ἑστίαν κατέπιεν· εἶτα Δήμητραν καὶ Ἥραν· μεθ' αὖς Πλούτωνα καὶ Ποσειδῶνα. Ὀργισθεῖσα δὲ ἐπὶ τούτοις Ῥέα, παραγίνεται μὲν εἰς Κρήτην, ὀπηνίκα τὸν Δία ἐγκυμονοῦσα ἐτύγχανε· γεννᾷ δὲ ἐν ἄντρῳ

I. 1, 5. Cronus Rhea sorore ducta liberos natos deuorat. 6. Rhea Iouem natum seruat et educat in antro Dictes Cretae

quia compendio scripta erat. καταταρταροῦν et alii, v. Sext. Hypotyp. III, 24. p. 180. ibique Fabric. παρέδωκαν: libri consentiunt in παρέδοσαν. Forte lapsu scribi coeperat παρέδωσαν vt Medic. habet.

f. 5. Ὁ δὲ τούτους μὲν τῷ Ταρτάρῳ πάλιν δῆσας καθεῖρξε. Excidisse videri potest ἐν. ἐν τῷ Ταρτάρῳ vt inf. I, 2, 1. καθεῖρξαντες αὐτούς ἐν τῷ Ταρτάρῳ. Et sic iam emendabat Faber. ἐθεσπιώδουν. ed. R. ἐθεσπεσιώδουν. Mox τὴν δὲ ante ἀδελφὴν

exciderat P. Reg. 2. 3. Δήμητραν. Pal. Δημήτορα. Dorv. Δήμητρα. Reg. 2. 3. Δημήτερα. Sane Δήμητρα et Δήμητραν passim promiscue frequentari videas: v. c. Diod. V, 68. 69. Δήμητραν defendit van Stav. adv. Munk. ad Hygin. f. 147. Mox voc. Πλούτωνα in Pal. non erat. Hesiodo et aliis antiquis Ἄδης est.

f. 6. Ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις. Legebatur antea Μελισσέων. emendatum ex Zenob. Cent. II, 48. qui lo-

τῆς Δίκτης Δία, καὶ τοῦτον μὲν δίδωσι τρέφεσθαι
Κούρησί τε, καὶ ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις,
Ἄδραστείᾳ τε καὶ Ἴδη. Αὐταὶ μὲν οὖν τὸν παῖδα I. 7.
ἐτρέφον τῷ τῆς Ἀμαλθείας γάλακτι· οἱ δὲ Κού-
ρητες ἔνοπλοι ἐν τῷ ἄνθρωπῳ τὸ βρέφος φυλάσσον-
τες, τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον, ἵνα μὴ
τῆς τοῦ παιδὸς Φωνῆς ὁ Κρόνος ἀκούσῃ. Ῥέα δὲ
λίθον σπαργανώσασα δέδωκε Κρόνῳ καταπιεῖν, ὡς
τὸν γεγεννημένον παῖδα.

Ἐπειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγενήθη τέλειος, λαμβάνει CAP.
Μῆτιν, τὴν Ὠκεανοῦ, σύνεργον ἢ δίδωσι Κρόνῳ II. I. I.
καταπιεῖν Φάρμακον, ὑφ' οὗ ἐκεῖνος ἀναγκασθεὶς, S. I.
πρῶτον μὲν ἐξεμεῖ τὸν λίθον, ἔπειτα τοὺς παῖδας,
οὓς κατέπιε· μεθ' ὧν Ζεὺς τὸν πρὸς Κρόνον καὶ
Τιτᾶνας ἐξήνεγκε πόλεμον. μαχομένων δὲ αὐτῶν S. 2.
ἐνιαυτοὺς δέκα, ἢ ἑῷ τῷ Διὶ ἔχρησε τὴν νίκην,

I, 1, 7. Amaltheae lacte; Curetes puerum custodiunt; Rhea Crono
saxum deuorandum praebet. I, 2, 1. Metidis consilio vsus
fratres suos recuperat; cum iis Crono patri bellum inferi;

cum exscripsit, vt iam mo-
nuerant Gale ad h. l. Munk,
ad Anton, Lib. c. 19. v. Hy-
gin. Astron. II, 13. vbi Par-
meniscus auctor laudatur,
qui in Aratum scripserat, et
Didymus ap. Lactant. I, 22,
19. Mox γεγεννημένον. vel
γεγεννημένον, vt Pal.

I. I. Ἐγενήθη. emendat
Eaber et Gale ἐγένετο. Forte

compendijs litterarum scri-
ptum erat ἐγένετο ἤδη τέλειος.
Thomas M. p. 189. 190. γε-
νηθεὶς et ἐγενήθη in nullo
probato scriptore occurrere
affirmat. Debebat saltem di-
cere, non admodum id fre-
quentari. Nam occurrit v. c.
in Anthol. p. 163. Steph. in
carmine Lucilii, etsi altero
loco recte expulerint viri

τοὺς καταταρταρωθέντας ἂν ἔχη συμμάχους· ὁ δὲ, τὴν Φρουροῦσαν αὐτῶν τὰ δεσμὰ Κάμπην ἀποκτείνουσα, ἔλυσε. καὶ Κύκλωπες τότε Δῖι μὲν διδόασιν Βροντὴν καὶ ἄστραπὴν καὶ κεραυνόν, Πλούτωνι

I, 2, 1. tandem Cyclopes et Centimanos Tartaro solutos sibi adiungit Iupiter;

docti. Videntur autem distinguenda esse ἐγενήθη et ἐγεννήθη. Si est, nasci, natus est, γεννᾶν, ἐγεννήθη. at pro, erat, ἐγένετο, et h. l. ἐγενήθη, a γένω, γενάω, etsi utraque vere habenda est vna eademque vox. Mox σύνεργον, vt πάρεργος. Solenne tamen συνεργός est; et ita excusum esse debebat. Ceterum cf. ad hoc Caput Schol. Aeschyl. Prom. 351. — Μῆτιν. hanc Hesiodus in hac re ignorat. Sed is consilium petere et accipere a parentibus Coelo et Terrâ Rheam narrat: Nam v. 471. μῆτιν συμφράσσασθαι, consilium sibi suppeditare, parentes precatur. Fuit igitur hoc, quod Apollodorus narrat, commentum serioris poetae. ὑφ' οὗ restituui, pro vulgari ἐφ' οὗ, vt iam emendarant Commel. Fab. Gale,

qui sic mss. habere ait; at, quinam ii sint, non addit. Ex nostris vnus Regius B. ὑφ' habet, Med. ἀφ'. ἐξήνεγκε πόλεμον. Sic emendavi, pro ἐσήνεγκε, adstipulantibus Pal. Ox. Dorv. utroque Reg. Diuersa: εἰσφέρειν πόλεμον τινί, et ἐκφέρειν π. πρὸς vel ἐπὶ τινα, quod saepe Polyb. Diod. ἐπιφέρειν Ἀρηα-Τρωσίν. Il. τ, 318. Mox μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυτούς δέκα. Tempus definitum Hesiodus, si bene memini, non habet. Annos decem Homerus memorat, in minis Iouis, vbi vulnera, quae fulmine diis inflicturus est, vix decimo anno sanatum iri ait, Il. 9, 404.

καὶ ἄστραπὴν exciderant in ed. Par. sed abesse nequeunt: sunt Cyclopes Arges, Steropes, Brontes. Προκυνέην vitiose codd. κυκνέην.

δὲ κυνέην, Ποσειδῶνι δὲ τρίαιναν. Οἱ δὲ τούτοις §. 4.
ὀπλισθέντες κρατοῦσι Τιτάνων, καὶ καθεύξαντες
αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ, τοὺς Ἐκατόγχειρας καθεύ-
ισασαν Φύλακας· αὐτοὶ δὲ διακληροῦνται περὶ
τῆς ἀρχῆς, καὶ λαγχάνει Ζεὺς μὲν τὴν ἐν οὐρανῷ
δυναστείαν, Ποσειδῶν δὲ τὴν ἐν θαλάσῃ, Πλού-
των δὲ τὴν ἐν ἄδῃ.

Ἐγένοντο δὲ Τιτάνων ἔκγονοι Ὠκεανοῦ μὲν §. 2.
καὶ Τηθύος τρισχίλιαι Ὠκεανίδες, Ἀσία, Στυξ, §. 1:
Ἡλέκτρα, Δωρίς, Εὐρυνόμη, Ἀμφιτρίτη, Μῆ-

1, 2, 1. §. 4. Titanes victos Tartaro includit; cum fratribus regnum
forte partitur. 2. Titanum progenies; et quidem Oceani
et Tethyis,

Hanc Plutonis galeam, quae
eum celabat, et Neptuni
tridentem, e bello cum Ti-
tanibus repetendum esse
hinc patet. καθεύσασαν Φύ-
λακας. rem exponit Hesiod.
Θ. 733 sq. In ed. Rom. vi-
tiose scriptum erat: καθεύ-
στησαν. Inde a Commelino
edebatur κατέστησαν. At
scripti dant καθεύσασαν, quod
adeo praeferendum; etsi et
inf. II, 1, 3. p. 79. Iuno
Φύλακα αὐτῆς (Ius) κατέστη-
σεν Ἄργον. etiam 1, 6. p. 23.
de Delphyne: κατέστησε Δελ-
φύνην δρῆκαιναν. Μοχ λαμ-
βάνει pro λαγχάνει sollenni

lapsu Vat. Sortitione hæc
nihil celebrius. In fine τῆς
ἐν ἄδῃ nunc placuit; alias
vbique ἐν Ἄδου, ex com-
muni vsu. Sunt tamen et
alia exempla: Sophoclis Aj.
641. κρείστων γὰρ ἄδα κεύ-
θων. Simonidis in Analectis
LV, 10. Callimachi Epigr.
53. τὸν ἄδῃ τόπον Agatharch.
p. 11. Ne Noui Foederis loca
memorem.

§. 2. Ὠκεανίδες τρισχίλιαι
meliore ordine Dorv. Vat.
Med. duo Regii. Sed vox
τρισχίλιαι, si recte equidem
iudico, omnino est aliena,
ex Hesiodo v. 364. huc trans-

- §. 2. τῆς Κοίου δὲ καὶ Φοίβης Ἀστερία καὶ Λητώ.
 §. 3. Ὑπερίονος δὲ καὶ Θείας Ἥως, Ἥλιος, Σελήνη.
 × §. 4. Κρίου δὲ καὶ Εὐρυβίας τῆς Πόντου Ἀστραῖας, Πάλ-

I, 2, 2. Coei et Phoebes, Hyperionia et Thiae, Crii et Eurybiae,

Iata; et septem tantum nomina sequuntur. Στύξ, recte reposuit Aegius; in libris est *στύξων* vel *στύξων*, *στύξου*, adeo corrupta est lectio. *Styx*, mox quoque §. 4. et 5, memorata, inter Oceanidas princeps (v. Hesiod. v. 361) omitti haud poterat. Possis coniiicere Στύξ, Ζευξώ, fuisse. Sed sunt innumeri in hoc libello, librariorum lapsus, qui eos arguunt indoctissimos sermonis graeci fuisse. *Εὐρυνόμη* mox c. 3, 1. mater Gratiarum; eadem quae cum Thetide excepit Bacchum fugientem. v. Schol. II. ζ, 130. Ἀμφιρύτη alienum ab h. l. nomen, mox §. 3. vt apud Hesiod. 243 inter Nereidas commemorandum, Possis Ἀμφιρύτην coniiicere vel cum Comellino Ἀμφιρῶ ex Hesiod. v. 360. Potuit tamen Amphitrites nomen ab indocto

homine ceteris esse adscriptum: verbo, eiciendum est. At Κοίου mox §. 2. recte, vnde Latona Κρηῖς ap. Callim. in Del. 150. et Ovid. VI, 366. *Coei filia*. Hymn. in Apoll. 62. Λητοῖ, κυδίστη θύγατερ μεγάλου Κόιοιο. Θείας, §. 3. (cuius filius Ἥλιος, ap. Catull. LXVI, 44. *Progenies Thiae clara*,) praeclaram mentionem facit Pind. I, 5, pr. Euryphaessam matrem edit Hymn. Homer. in Solem; sed de hoc v. Intpp. ad Hygin. p. 10. *Εὐρυβίας τῆς Πόντου*, §. 4. ex emendatione scripsi: vulgo leg. *Εὐρυβοίας τοῦ Π.* In nomine similis lapsus ap. Tz, ad Lyc. 1175. In articulo perpetuus in primis his capitibus librariorum est stupor. Sustulere etiam τοῦ iam alii, vt Canter. N. L. IV, 13. In ed. Rom. etiam τοῦ πλουτοῦ, nam in libb. fere est

λας, Πέρσης· Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ Γ. 3.
 Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανὸν, καὶ Προμηθεὺς, καὶ Ἐπιμήθευς, καὶ Μενόιτιος, ὃν κεραυνώσας ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Ζεὺς κατεταρτάρωσεν.
 Ἐγένετο δὲ καὶ Κρόνου καὶ Φιλύρας Χείρων διΦυῆς Γ. 4.
 Κένταυρος· Ἡοῦς δὲ καὶ Ἀστραίου Ἄνεμοι καὶ

I, 2, 3. Iapeti et Aëthe, 4. Croni et Philyrae, Aëtraei et Aurorae, Persae et Aëtheriae.

τούτου. Εὐρυβίαν defendit Hesiod. v. 239. 375. Confunditur cum eo alterum nomen Eriboea, Ἐρίβοια. : cf. Tz. ad Lyc. 1283. Mox Perfes v. Hesiod. 377. 409. est is, cuius et Asteriae filia est Hecate mox f. 4. cf. inf. I, 9, 1. p. 41. Idem etiam Περσαῖος. cf. Ruhnck. ad Hymn. in Cer. 24.

f. 3. Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ. in vitiosam lectionem τῶν Ὠ. conspirant scripti. ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν. ita emendatum ab Aegio: in libb. erat ὃς ἔχει ὤμοικτον. etiam Dorv. τοῖς ὄμοικτον. Vitium ex compendiis litterarum ortum. Melior lectio est in Pal. τοῖς ὤμοις καὶ τὸν οὐρ. Est autem ἔχειν pro ἀνέχειν. Sed et Hesiod.

v. 517. Ἄτλας δ' οὐρανόν εὐρὺν ἔχει — κεφαλῇ τε καὶ ἀναμάτοισι χέρεσσι, et ap. Paus. V, 18. in arca Cypseli: Ἄτλας δ' οὐρανὸν οὗτος ἔχει τὰ δὲ μῆλα μεθήσει. Et inf. II, 5, 11. p. 140. μὴ βουλόμενος τὸν πόλον ἔχειν.

f. 4. Ἐγένετο — Χείρων. cf. Apollon. II, 1235 sq. et ibi Schol. Hygin f. 138. et ibi Intpp. Schol. Lyc. 1200. Apud Xenoph. de Venat. 1, 4. est Ναίδος νύμφης filius. Adsciuerat autem Cronus formam equi. Κένταυρος interpretamentum redolet. De Chironis morte v. inf. II, 5, 4. p. 121. 2. Ἄνεμοι καὶ Ἄστρα cf. Hesiod. v. 378. ἄστρα Vat. ἄστρα Med. — Πέρσου δὲ καὶ Ἀστερίας Ἐκώτη. De Hecate eiusque po-

- "Ἄστρα Πέρσου δὲ καὶ Ἀστερίας Ἐκάτη Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία. Τὸ δὲ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐν ἄδου ἰσέον Ζεὺς ἐποίησεν ὄρκον, ταύτην αὐτῇ τιμὴν δίδους, ἀνθ' ᾧ αὐτῷ κατὰ Τιτάνων μετὰ τῶν παίδων συνεμάχησε.
- 1.6. Πόντου δὲ καὶ Γῆς Φόρκος, Θαύμας, Νηρεὺς, Εὐρυβία, Κητώ. Θαύμαντος μὲν οὖν καὶ Ἠλέκτρας τῆς Ὠκεανοῦ Ἴρις καὶ Ἀρπυιαί, Ἀελλώ, Ὠκυ-

I. 2, 4. 5. Pallantis et Stygis, 6. Ponti et Terrae.

tentia v. Hesiod. v. 409 sq. Genus aliter constituunt alii. v. Schol. Apoll. III, 467 et 1034. cum Schol. Theocr. II, 12 et 36. Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ. iterum vitiose scriptam erat τῶν. Hesiod. v. 383 sq. Στύξ δὲ τέκ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ, Πάλλαντι μιγεῖσα, Ζῆλον καὶ Νίκην etc. — Κράτος et Βία ex Aeschyli Prom. noti. Per Ζῆλον videntur felicitatem, secundum rerum cursum, designasse, cum coniunctus sit cum Victoria.

1.5. μετὰ τῶν παίδων. in scriptis μετὰ τῶν τέκνων. rem narrat Hesiod. v. 389 sq. ubi v. 398. Styx venit σὺν σφοῖσι παίδεσσι. cf. Schol.

II. τ, 127. in quo fere similia leguntur.

1.6. Φόρκος. Aeg. ediderat Φόρκος, quod et libb. fere habent, Comm. Φόρκος. ed. Par. Φόρκος, quod retinui, quia mox Φόρκου et Φορκίδες sequuntur, inf. II, 4, 2. iterum vtrumque occurrit. Nec refert, quam e trinis formis praeferas, Φόρκος, Φόρκος et Φόρκυν, vt ap. Schol. Od. v, 96. Etiam apud Virgilium Phorcus Aen. V, 240. est; apud Hesiodum Φόρκος, υος et υνος: vnde et ἀγήνορα Φόρκυν dixit v. 237 (non Φόρκην vt editur). Εὐρυβία. iterum praeue Νηρεὺς Εὐρυβοίας in scriptis; et in

πέτη Φόρκου δὲ καὶ Κητοῦς Φορκίδες (καὶ) Γοργό-
 νες, περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν τὰ κατὰ Περσέα λέξω-
 μεν. Νηρέως δὲ καὶ Δωρίδος τῆς Ὠκεανοῦ Νηρηί- Γ. 7.
 δες, ὧν τὰ ὀνόματα Κυμοθήη, Σπειώ, Γλαυκο-
 νόμη, Ναυσιθήη, Ἀλίη, Ἐρατώ, Σαώ, Ἀμφιτρίτη,
 Εὐνίκη, Θέτις, Εὐλιμένη, Ἀγαυή, Εὐδώρη, Δωτώ,

1, 2, 7. Nerei et Doridis: seu Nereides.

editis *Εὐρυβοία*. cf. ad Γ. 2.
 Prae quoque mox legeba-
 tur Ἡ. τῶν Ὠκεανοῦ.

Φόρκου δὲ καὶ Κητοῦς Φορ-
 κίδες Γοργόνες. de quibus
 inf. II, 4, 2. p. 95 sq. Pri-
 mum in Φόρκου consentit
 omnis lectio; sed mox Φορ-
 κιάδες vbique legitur; nisi
 quod Dorv. et Regis Φορκιά-
 δες. Emendavi Φορκίδες, ut
 Φόρκου postulabat, et ut inf.
 alt. loco legitur; libris enim
 nostris omnino propter li-
 brariorum imperitiam et in-
 curiam in nominibus pro-
 priis nusquam fere obtem-
 perare licet. Et sic fere alii
 Φορκίδες; ut ipse Aeschyl.
 Prometh. 800. cf. Schol.
 Prom. 792. et nomine fuit
 drama Aeschyli, cuius Ari-
 stot. de Poet. c. 18. memi-
 nit, etsi et hoc Φορκύδες

scribitur in edd. Eratosth.
 c. 22. cf. ad Ovid. Met.
 IV, 773. Hygin. praef. *Ex
 Phorco et Ceto Phorcides*,
 Agatharch. p. 9. Alia con-
 gessit optimus iuuenis van
 Swinden in Specim. p. 77.
 Porro Φορκίδες Γοργόνες mon-
 strum lectionis est; aut eii-
 ciendum est Φορκίδες, aut
 καὶ interponendum; nam
 fuere sorores Gorgones et
 Graeae, quas nunc Φορκίδας
 appellat; vid. inf. II, 4, 2.
 Hesiod. Θ. 240. 4. Pind. P.
 XII, 24. Aeschyl. Prom. 793.
 ὅταν — λέξωμεν codd. λέ-
 γωμεν.

Γ. 7. Δωρίδος scripsi ex Δω-
 ρίς, v. Hesiod. 241. II. σ. 45.
 Antea Δώριδος excudebatur,
 quod Aeg. ex emend. dedit:
 in libb. erat ωρίδος vel, ut
 in Dorv. et Regiis νηρηίδος.

